UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

### Cicero, Marcus Tullius

### Lutetiae Paris, 1522

Pro Sex. Roscio Amerino. Oratio II.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-431

Visual Library

non turpis ad te,ſed miſer cōfugit.e fundo ornatiſſimo deiectus, ignominiis omnibus appe
titus,cū illū in ſuis paternis bonis dominari videret,ipſe filię nubili dotē conficere nō poſ=
ſet,nihil alienū tamen vita ſuperiore cōmiſit.Itaq; te hoc obſecrat C.Aquili, vt quā exiſti=
mationē,quā honeſtatē in iudiciū tuū prope acta iā ętate decurſaq; attulit, eā liceat ei ſecū
ex hoc loco efferre,ne is,de cuius officio nemo nunq̄ dubitauit,ſexageſimo deniq; anno de
decore,macula,turpiſſimaq; ignominia,notetur,ne ornamentis eius oībus Sex.Neuius ꝓ
ſpoliis abutatur,ne ꝑ te ferat,quo minus quę exiſtimatio P.Quintium vſq; ad ſenectutem
ꝑduxit,eadem vſq; ad rogum proſequatur.

## PRO SEX. ROSCIO AMERINO. ORATIO.II.

Cur ipſe dicat.

Exordium

CREDO Ego vos Iud.mirari,quid ſit,ꝙ cum tot ſummi oratores
homineſq; nobiliſſimi ſedeant,ego potiſſimum ſurrexerim, q̄ neq;
ętate,neq; ingenio, neq; auctoritate ſim cū his qui ſedeant, cōpa=
rādus.Oēs eñ hi,quos videtis adeſſe in hac cauſa, iniuriā nouo
ſcelere cōflatā putant oportere defendi, defendere ipſi ꝓpter iniq=
tatē tēporū nō audēt.ita fit,vt adſint ꝓpterea, ꝙ officiū ſequunt̄,
taceant aūt idcirco,quia ꝑiculū metuūt.Quid ergo?audaciſſim⁹
ego ex oībus?minime.at tāto officioſior q̄ cęteri? ne iſtius q̄dem
laudis ita ſum cupidus,vt aliis eā pręreptā velim.Quæ me igit̄ res
ꝓ̄ter cęteros impulit,vt cauſam Sex. Roſcii reciperē? quia ſi q̄s iſto
rum dixiſſet, quos videtis adeſſe, in quibus ſumma auctoritas eſt,atq; amplitudo,ſi verbū
de Rep.feciſſet,id q̄d in hac cauſa fieri neceſſe eſt,multo plura dixiſſe,q̄ dixiſſet,putaretur.
Ego etiā ſi oīa quę dicēda ſunt,libere dixero,nequaq̄ tamen ſimiliter oratio mea exire, atq;
in vulgus emanare poterit. Deinde ꝙ cęterorū neq; dictū obſcurū poteſt eſſe ꝓpter nobili=
tatē,& amplitudinē,neq; temere dicto cōcedi ꝓpter ętatē & prudentiā. Ego ſiq̄d liberius di
xero,vel occultū eſſe ꝓpterea, ꝙ nondū ad Rēpu.acceſſi,vel ignoſci adoleſcentię meę pote=
rit.tametſi nō modo ignoſcendi ratio,verū etiā cognoſcendi cōſuetudo iā de ciuitate ſubla
ta eſt.Accedit illa quoq; cauſa,ꝙ a cæteris forſitan ita ꝑtitū ſit vt dicerēt,vt vtrūuis ſaluo
officio ſe facere poſſe arbitrarent̄:a me aūt ii cōtenderūt,qui apud me,& amicitia, & benefi
ciis,& dignitate plurimū poſſunt:quorū ego neq; beneuolētiā erga me ignorare, nec aucto
ritatē aſpernari,nec voluntatē negligere debeā.His de cauſis ego huic cauſę patronus exti
ti,non electus vnus,qui maximo ingenio,ſed relictus ex omnibus , q̄ minimo ꝑiculo poſ=
ſem dicere:neq; vti ſatis firmo pręſidio defenſus Sex.Roſcius,verū vti ne omnino deſertus
eēt.Forſitā quęratis qui iſte terror ſit,& q̄ tāta formido,quę tot ac taleis viros īpediat,quo
minus pro capite & fortunis alterius,quēadmodū cōſueuerūt,cauſam velint dicere.q̄d ad=
huc vos ignorare nō mirū eſt, propterea ꝙ cōſulto ab accuſatoribus,eius rei quæ cōflauit
hoc iudiciū,mētio facta nō eſt.Quę res ea eſt?bona patris huiuſce Sex.Roſcii,quę ſunt ſexa
gies,quę de viro clariſſimo & fortiſſimo L.Sylla,quē honoris cauſa nomino,duobus milli=
bus nummū ſeſe dicit emiſſe adoleſcēs vel potētiſſimus hoc tēpore noſtrę ciuitatis L. Cor=
nelius Chryſogonus.Is a vobis Iud.hoc poſtulat,vt quoniā in alienā ꝑcuniā tā plenā, atq;
pręclarā nullo iure inuaſerit,quoniāq; ei ꝑcunię vita Sex.Roſcii obſtare,atq; officere videa
tur,deleatis ex animo ſuo ſuſpitionē oēm,metūq; tollatis.ſeſe hoc icolumi nō arbitrat̄ hu=
ius innocētis patrimoniū tam amplū & copioſum poſſe obtinere:dānato & eiecto, ſperat ſe
poſſe q̄d adeptus eſt ꝑ ſcelus,id ꝑ luxuriā effundere,atq; cōſumere. Hūc ſibi ex aīo ſcru=
pulū,qui ſe dies nocteſq; ſtimulat,ac pūgit,vt euellatis poſtulat, vt ad hāc ſuā prędā tā ne=
fariā adiutores vos ꝓfiteamini.Si vobis ęqua & honeſta poſtulatio videt̄ Iudices,ego cōtra
breuē poſtulationē affero,&(quomodo mihi ꝑſuadeo)aliquāto ęquiorē.Primū a Chryſo=
gono ꝑto,vt ꝑcunia fortuniſq; noſtris cōtentus ſit,ſanguinē & vitā ne ꝑtat. Deinde a vo
bis Iudices,vt audaciū ſceleri reſiſtatis,innocētiū calamitatē leuetis,& in cauſa Sex.Roſcii,
ꝑiculū q̄d in omnes intēditur,propulſetis. Q; ſi aut cauſa criminis,aut facti ſuſpitio, aut
quęlibet deniq; vel minima res reꝑietur, quamobrem videantur illi nōnihil tamen in defe
rendo noīe ſecuti:poſtremo ſi pręter eam prædā, quā dixi,quicq̄ aliud cauſę inueneritis,nō
recuſam⁹ quin illoꝝ libidini Sex.Roſcii vita dedatur.ſin aliud agitur nihil, niſi vt iis ne q̄d
deſit,quibus ſatis nihil eſt, ſi hoc ſolū hoc tēpore pugnatur,vt ad illā opimā pręclarāq; prę

dã damnatio Sex.Roſcii velut cumulus accedat,nõne cũ multa indigna,tũ vel hoc indigniſ
ſimũ eſt,vos idoneos habitos,ꝑ quorũ ſententias, iuſq; iurandũ id aſſequantur, qđ antea
ipſi ſcelere & ferro aſſequi conſuerunt:qui ex ciuitate in ſenatũ propter dignitatẽ, ex ſenatu
in hoc cõſiliũ delecti eſtis propter ſeueritatẽ,ab his hoc poſtulare homines ſicarios,atq; gla=
diatores,nõ modo vt ſupplicia vitent, quę a vobis pro maleficiis ſuis metuere atq; horrere
debent,verũ etiã vt ſpoliis Sex.Roſcii hoc iudicio ornati auctiq; diſcedãt! His de rebus tan
tis,tamq; atrocibus,neq; ſatis me cõmode dicere,neq; ſatis grauiter cõqueri,neq; ſatis libere
vociferari poſſe,intelligo.Nã cõmoditati ingeniũ,grauitati ętas,libertati tẽpora ſunt impe=
dimẽto.Huc accedit ſummus timor,quẽ mihi natura pudorq; meus attribuit, & veſtra di=
gnitas,& vis aduerſariorũ,& Sex.Roſcii ꝑicula.Quapropter vos oro,atq; obſecro Iudices *Captatio beneuolentiæ*
vt attẽte bonaq; cũ venia verba mea audiatis.Fide ſapiẽtiaq; veſtra fretus,plus oneris ſuſtu *ab auditorum persona*
li,q̃ ferre me poſſe intelligo.Hoc onus ſi vos aliqua ex parte alleuabitis, ferã vt potero ſtu=
dio & induſtria Iudices.Sin a vobis(id qđ nõ ſpero)deſerar,tamẽ animo nõ deficiã, & id qđ
ſuſcepi,quoad potero,ꝑferã.Qđ ſi ꝑferre non potero,opprimi me onere officii malo,q̃ id qđ
mihi cũ fide ſemel impoſitũ eſt,aut ꝓpter ꝑfidiã abiicere,aut ꝓpter infirmitatẽ animi, depo
nere.Te quoq; magnopere M.Fãni quæſo,vt qualẽ te iã antea Populo Ro.ꝓbuiſti,cum huic
idẽ q̃ſtioni iudex pręeſſes,talẽ te & nobis & P.R.hoc tẽpore impertias.Quãta multitudo ho
minũ cõuenerit ad hoc iudiciũ,vides:quę ſit oĩm mortaliũ expectatio,q̃ cupiditas, vt acria
ac ſeuera iudicia fiant,intelligis.Longo interuallo iudiciũ inter ſicarios hoc primũ cõmitti
tur,cũ interea cędes indigniſſimę maximęq; factę ſunt.Omnes hãc q̃ſtionem te ꝓtore maniſe
ſtis maleficiis,quotidianoq; ſanguine demiſſius ſperãt futurã. Qua vociferatione in cæteris
iudiciis accuſatores vti cõſueuerũt,ea nos hoc tẽpore vtimur,qui cauſam dicimus.Petimus
abs te M.Fanni, a vobiſq; Iud. vt q̃acerrime maleficia vindicetis, vt q̃fortiſſime hominibus
audaciſſimis reſiſtatis,vt hoc cogitetis,niſi in hac cauſa,qui veſter animus ſit, oſtendetis,eo
prorũpere hominũ cupiditatẽ,& ſcelus,& audaciã,vt nõ modo clã,verũ etiã hic in foro,an *Amplificatio*
te tribunal tuũ M.Fanni,ante pedes veſtros Iudices,inter ipſa ſubſellia, cędes futurę ſint.Et
eñ quid aliud hoc iudicio tentat,niſi vt id fieri liceat! Accuſant ii,qui in fortunas huius in
uaſerũt.Cauſam dicit is,cui ꝓter calamitatẽ nihil reliquerũt.Accuſant ii, q̃bus occidi patrẽ
Sex.Roſcii bono fuit.Cauſam dicit is,cui nõ modo luctũ mors patris attulit,verũ etiã egeſta
tẽ.Accuſant ii,q hũc ipſum iugulare ſumme cupierũt.Cauſam dicit is, qui etiã ad hoc ipm
iudiciũ cũ ꝓſidio venit,ne hic ibidem ante oculos veſtros trucidet.Deniq; accuſant ii,quos
populus poſcit.Cauſam dicit is,q vnus relictus ex illorũ nefaria cęde reſtat. Atq; vt facilius
intelligere poſſitis Iud.ea quę facta ſunt indigniora eſſe,q̃ hęc quę dicimus,ab initio res quẽ
admodũ geſta ſit,vobis exponemus:quo facilius,& huius hominis innocẽtiſſimi miſerias,&
illorũ audaciã cognoſcere poſſitis,& Reip.calamitatẽ. Sex.Roſcius pater huiuſce,muni=
ceps Amerinus,fuit cũ genere,& nobilitate,& pecunia nõ modo ſui municipii,verũ etiã eiꝰ *Amplificatio*
vicinitatis facile primus,tũ gratia,atq; hoſpitiis florẽs hominũ nobiliſſimorũ. Nã cũ Metel *Articulus*
lis,Seruiliis,Scipionibus,erat ei nõ modo hoſpitiũ,verũ etiã domeſticus vſus & cõſuetudo. *Correctio*
Quas(vt æquũ eſt)familias honeſtatis amplitudiniſq; gratia nomino.Itaq; ex ſuis omnibus
cõmodis hoc ſolũ filio reliq̃t.Nã patrimoniũ domeſtici prædones vi ereptũ poſſident, fama
& vita innocẽtis ab hoſpitibus amiciſq; paternis defendit.Hic cũ omni tempore nobilitatis
fautor fuiſſet,tũ hoc tumultu ꝓximo,cũ oĩm nobiliũ dignitas & ſalus in diſcrimen veniret,
pręter cæteros in ea vicinitate eã partẽ cauſamq; opera,ſtudio, auctoritate defendit.Etenim *Articulus*
rectũ putabat,pro eorũ honeſtate ſe pugnare, ꝓpter quos ipſe honeſtiſſimus inter ſuos nu=
merabat.Poſteaq̃ victoria cõſtituta eſt,ab armiſq; receſſimus,cũ proſcriberent hoĩes, atq; ex
omni regione caperent ii,q aduerſarii fuiſſe putabant,erat ille Romę frequẽs,atq; in foro,&
in ore oĩm quotidie verſabat,magis vt exultare victoria nobilitatis videret, q̃ timere ne q̃d
ex ea calamitatis ſibi accideret.Erãt ei veteres inimicitię cũ duobus Roſciis Amerinis, quo=
rũ alterum ſedere in accuſatorũ ſubſelliis video,alterũ tria huiuſce prædia poſſidere audio.
Quas inimicitias ſi tã cauere potuiſſet,q̃ metuere ſolebat,viueret.Neq; eñ Iud.iniuria me=
tuebat.Nam duo iſti ſunt Titi Roſcii,quorum alteri Capitoni cognomen eſt:iſte q adeſt,Ma
gnus vocat.Hoĩes eiuſmodi,alter plurimarum palmarũ vetus ac nobilis gladiator habetur.
Hic aũt nuper ſe ad eũ laniſtã cõtulit,qui, cũ ante hanc pugnã tiro eſſet, quod ſciam, facile
ipſum magiſtrum ſcelere,audaciaq; ſuperauit.Nam cũ hic Sex. Roſcius eſſet Amerię, Titus

alter iſte Roſcius Romę,cū hic filius aſſiduus in prędiis eſſet, cūq; ſe volūtate patris rei fa-
Balneę Palatinę. miliari vitęq; ruſticę dediſſet,iſte aūt frequens Romę eſſet,occiditur ad balneas Palatinas re
diens a cœna Sex.Roſcius.Sꝑo ex hoc ipſo nō eſſe obſcurū,ad quem ſuſpitio maleficii ꝑt-
tineat.Verū id qđ adhuc eſt ſuſpitioſum, niſi ꝑſpicuum res ipſa fecerit, hunc affinem cul
pę iudicatote.Occiſo Sex.Roſcio primus Ameriā nunciat Manlius Glaucia quidam, homo
tenuis,libertinus,cliens,& familiaris iſtius Titi Roſcii:& nunciat domū, non filii, ſed Titi
Capitonis inimici.Et cū poſt horam primā noctis occiſus eſſet,primo diluculo nuncius hic
Ciſia. Ameriā venit,decem horis nocturnis ſex & quinquaginta millia paſſuū ciſiis ꝑuolauit,nō
modo vt exoptatū inimico nunciū primus afferret,ſed etiā cruorē inimici q̄recētiſſimū,te-
lumq; pauloante e corpore extractū oſtenderet.Quatriduo,quo hęc geſta ſunt,res ad Chry
ſogonum in caſtra L.Syllę Volaterras defertur,magnitudo ꝑcuniæ demonſtratur, bonitas
prædiorum(nam fundos decem & tres reliquit,q Tyberim fere omnes tangunt)huius ino-
pia,& ſolitudo,cōmemoratur.Demonſtrant cū pater huiuſce Sex.Roſcius homo tam ſplen
didus,& gratioſus,nullo negotio ſit occiſus,ꝑfacile hunc hominē incautum,& ruſticū,&
Romæ ignotum de medio tolli poſſe.Ad eam rem oꝑā ſuā pollicentur.Ne diutius teneam
Coitur ſocietas. Iud.ſocietas coitur.Cū iam proſcriptionis mentio nulla fieret, & cū etiam qui antea metue
rant,redirent,ac iam defunctos ſeſe periculis arbitrarentur, hominis ſtudioſiſſimi nobilita-
tis manceps fit Chryſogonus,tria prædia vel nobiliſſima Capitoni propria traduntur, quæ
hodie poſſidet:in reliquas omnes fortunas iſte Titus Roſcius nomine Chryſogoni,quēad-
modum ipſe dicit,impetum facit.Hæc bona.lx.HS.emunt duobus millibus nummum. Hæc
omnia Iud.imprudente L.Sylla facta eſſe certo ſcio.Neq; enim mirum, cum eodem tempore
& ea quæ præterita ſunt,& ea quę videntur inſtare,pręparet,cū & pacis conſtituendæ ratio
nem,& belli gerendi poteſtatem ſolus habeat,cum omnes in vnū ſꝑectent, vnus omnia gu-
bernet,cum tot tātiſq; negotiis diſtentus ſit,vt reſpirare libere non poſſit,ſi aliquid nō ani-
maduertat,cum pręſertim tam multi occupationē eius obſeruent,tempuſq; aucuꝑentur,vt
ſimul atq; ille deſꝑexerit,aliquid huiuſcemodi moliant.Huc accedit,ꝙ q̄uis ille felix ſit,ſicut
eſt,tamen in tanta felicitate nemo poteſt eſſe in magna familia,qui neminē neq; ſeruū neq; li
bertum improbum habeat.Interea iſte Titus Roſcius vir optimꝰ, procurator Chryſogoni,
Perditus luctu. Ameriā venit,in prędia huius inuadit:hunc miſerū,luctu perditum, qui nondū etiā pater-
no funeri iuſta ſoluiſſet,nudū eiecit domo,atq; focis patriis diiſq; pœnatibus præcipitē Iu-
dices exturbat,ipſe ampliſſimę ꝑcuniæ fit dominus. Qui in ſua re fuiſſet egentiſſimus,erat
(vt fit)inſolēs in aliena.Multa palā domū ſuam auferebat,plura clam de medio remouebat,
Auctio. non pauca ſuis adiutoribus large effuſeq; donabat,reliqua cōſtituta auctione vendebat.Qđ
Amerinis vſq; eo viſum eſt indignum,vt vrbe tota fletus gemituſq; fieret.Etenim multa ſi-
mul ante oculos verſabantur:mors hominis florentiſſimi Sex.Roſcii crudeliſſima:filii autē
eius egeſtas indigniſſima,cui de tanto patrimonio prædo iſte nefarius, ne iter quidem ad ſe
pulcrum patrium reliquiſſet : bonorum emptio,flagitioſa poſſeſſio,furta,rapinę, donatio-
nes.Nemo erat qui non ardere omnia mallet,q̄ videre in Sex.Roſcii viri optimi,atq; hone-
ſtiſſimi bonis iactātem ſe,ac dominātem T.Roſcium. Itaq; decurionum decretum ſtatim fit,
vt decem primi proficiſcantur ad L.Syllam,doceantq; eum,qui vir Sex.Roſcius fuerit: con
querantur de iſtorum ſcelere & iniuriis:orent,vt & illius mortui famam, & filii innocentis
fortunas conſeruatas velit.Atq; ipſum decretum quæſo cognoſcite. DECRETVM
DECVRIONVM. Legati in caſtra veniunt.Intelligit Iud. id quod iam ante dixi,impru-
dente L.Sylla ſcelera hæc,& flagitia fieri.nam ſtatim Chryſogonus,& ipſe ad eos accedit,&
homines nobiles allegat iis,qui ꝑterent ne ad Syllam adirent,& omnia Chryſogonū q̄ quę
vellent,eſſe facturum pollicerētur.Vſqueadeo autem ille ꝑtimuerat,vt mori mallet,q̄ de
Antiq homines. his rebus Syllam doceri.Homines antiqui,qui ex ſua natura cæteros fingerent,cum ille con
firmaret,ſeſe nomen Sex.Roſcii de tabulis exempturum,prædia vacua filio tráditurum, cū
q; id ita futurum T.Roſcius Capito,qui in X.legatis erat,adpromitteret,crediderunt,Ame
Procraſtinare. riam re inorata reuerterunt.Ac primo rem differre quotidie, ac procraſtinare iſti cœꝑerūt:
deinde aliquanto lentius, nihil agere, atq; deludere: poſtremo ( id quod facile intellectum
eſt)inſidias vitę huiuſce Sex.Roſcii parare,neq; ſeſe arbitrari poſſe diutius alienam ꝑcuni-
am domino incolumi obtinere. Quod is ſimulatq; ſenſit, de amicorum cognatorumq; ſen-
tentia Romam confugit, & ſeſe ad Cęciliam nepotis filiam, quam honoris cauſa nomino,

contulit,qua pater vſus erat plurimũ.In qua muliere Iud.etiã nunc,id quod omnes ſemꝑ
exiſtimauerunt,quaſi exẽpli cauſa veſtigia antiqui officii remanent.Ea Sex. Roſcium inopẽ,
eiectum domo,atq; expulſum ex ſuis bonis,fugientem latronum tela, & minas,recepit do=
mum,hoſpitiq; oppreſſo iam,deſperatoq; ab omnibus,opitulata eſt. Eius virtute,fide,dili=
gentia,factum eſt,vt hic potius viuus in reos,q̃ occiſus in proſcriptos referretur. Nã poſtq̃
iſti intellexerunt ſumma diligentia vitam Sex.Roſcii cuſtodiri,neq; ſibi vllam cædis faciũdę
poteſtatem dari, conſilium ceꝑerunt plenum ſceleris, & audaciæ,vt nomen huius de parri=
cidio deferrent,vt ad eam rem aliquẽ accuſatorem veterem compararent, qui de ea re poſ=
ſet dicere aliquid,in qua re nulla ſubeſſet ſuſpitio. deniq; vt quoniam crimine non poterãt,
tempore ipſo pugnarent.Ita loqui homines, ꝙ iudicia tamdiu facta non eſſent, condemnari
eum oportere,qui primus in iudiciũ adductus eſſet.Huic autem patronos ꝓpter Chryſogo
ni gratiam defuturos.De bonorum venditione, & de iſta ſocietate verbũ eſſe facturũ nemi=
nẽ.Ipſo nomine parricidii,& atrocitate criminis,fore,vt hic nullo negotio tolleretur, cum
ab nullo defenſus eſſet.Hoc conſilio,atq; adeo hac amentia impulſi,quẽ ipſi, cum cuꝑerent,
non potuerũt occidere,eũ iugulandũ vobis tradiderunt.Quid primũ querar?aut vnde po=
tiſſimũ exordiar Iud?aut qđ,aut a quibus auxiliũ ꝑtã? Deorũ ne immortaliũ? populi ne Ro
mani?veſtrã ne,qui ſummã poteſtatẽ habetis,hoc tempore fidẽ implorẽ? Pater occiſus nefa=
rie,domus obſeſſa,ab inimicis bona adempta,poſſeſſa,direpta:filii vita infeſta,ſępe ferro atq;
inſidiis appetita.quid ab his tot maleficiis ſceleris abeſſe videt? tamen hæc aliis nefariis cu=
mulant,atq; adaugent.Crimen incredibile confingũt, teſtes in hunc & accuſatores huiuſce
ꝑcunia comparant,hanc conditionẽ miſero ferunt,vt optet,vtrũ malit ceruices Roſcio da Cõparant
re,an inſutus in culeũ ſuppliciũ parricidarũ,per ſummũ dedecus vitam amittere? Patronos accuſato=
huic defuturos putauerũt,deſunt.Qui libere dicat, qui cũ fide defendat, id qđ in hac cauſa res ꝑcunia
eſt ſatis,quoniã quidẽ ſuſcepi,non deeſt profecto Iudices.Et forſitã in ſuſcipiẽda cauſa teme
re impulſus adoleſcentia fecerim : quoniã quidẽ ſemel ſuſcepi, licet Hercules vndiq; omnes
in me terrores,ꝑiculaq; impẽdeãt omnia,ſuccurrã,atq; ſubibo.Certũ eſt,deliberatũq;,quę
ad cauſam ꝑtinere arbitror,omnia nõ modo dicere,verũ etiã libẽter,audacter, libereq; di=
cere.Nulla res tãta exiſtat Iudices,vt poſſit vim mihi maiorẽ adhibere metus,q̃ fides.Etẽm
quis tã diſſoluto animo eſt,qui hæc cũ videat,tacere ac negligere poſſit?patrẽ meũ,cũ pro=
ſcriptus non eſſet,iugulaſtis:occiſum,in proſcriptorũ numerũ retuliſtis, me domo mea ꝑ
vim expuliſtis,patrimoniũ meũ poſſidetis,qđ vultis amplius?etiã ne ad ſubſellia cũ ferro at=
q; telis veniſtis,vt hic aut iuguletis,aut condemnetis Sex.Roſciũ?Hominẽ longe audaciſſi=
mũ nuꝑ habuimus in ciuitate C. Fimbriam, & quod inter omnes conſtat, niſi inter eos,q Fimbria.
ipſi quoq; inſaniunt,inſaniſſimum.Is cum curaſſet in funere C.Marii,vt Q. Scæuola vulne= Q.Scæuo=
raretur,vir ſanctiſſimus atq; ornatiſſimus noſtræ ciuitatis,de cuius laude neq; hic locus eſt lę laus.
vt multa dicantur,neq; plura tamen dici poſſunt,q̃ Populus Romanus memoria retinet,di
em Sceuolæ dixit,poſteaq̃ comꝑerit eum poſſe viuere. Cum ab eo quæreretur, quid tandem
accuſaturus eſſet eum,quem pro dignitate ne laudare quidem quiſq̃ ſatis commode poſſet?
aiunt hominem(vt erat furioſus)reſpondiſſe,ꝙ non totum telum corpore recepiſſet. Quo
Populus Romanus nihil vidit indignius, niſi eiuſdem viri mortem. quæ tantum potuit,vt
omnes ciues ſuos perdiderit & afflixerit. Quos quia ſeruare per compoſitionem volebat,
ipſe ab his interẽptus eſt.Eſt ne hoc illi dicto atq; facto Fimbriæ non ſimillimum?Accuſatis
Sex.Roſcium. Quid ita? quia de manibus veſtris effugit, quia ſe occidi paſſus non eſt.Illud
quia in Scęuola factum eſt,magis indignum videtur.Hoc,quia fit a Chryſogono,non eſt fe
rendum.Nam ꝑ deos immortales,quid eſt in hac cauſa quod defenſionis indigeat? qui lo=
cus ingenium patroni requirit?aut oratoris eloquentiam magnoꝑe deſiderat? Totam cau
ſam Iud.explicemus, atq; ante oculos expoſitam conſideremus. Ita facillime quæ res totum
iudicium contineat,& quibus de rebus nos dicere oporteat,& quid vos ſequi conueniat,in
telligetis. Tres ſunt res quantum ego exiſtimare poſſum, quæ obſtent hoc tẽpore Sex.
Roſcio,crimen aduerſariorum, & audacia, & potentia. Criminis confictionem accuſator
Erucius ſuſcepit.Audaciæ partes, Roſcii ſibi popoſcerunt.Chryſogonus autem is, qui plu
rimum poteſt, potentia pugnat. De hiſce omnibus rebus me dicere oportere intelli=
go. Quid igitur eſt? non eodem modo de omnibus. Ideo, ꝙ prima illa res ad meum of=
ficium pertinet, duas autem reliquas vobis Populus Romanus impoſuit. Ego crimen

oportet diluam: vos & audacię reſiſtere, & hominũ eiuſmodi ꝑnicioſam atq; intolerandã
potentiã primo quoq; tẽpore extinguere atq; opprimere debetis. Occidiſſe patrẽ Sex. Roſci-
us arguitur. Sceleſtũ dii immortales ac nefariũ facinus, atq; eiuſmodi, quo vno maleficio ſce
lera omnia cõplexa eſſe videant. Etẽ ſi id qđ præclare a ſapientibus dicitur, vultu ſęꝑe lædi
tur pietas, qđ ſuppliciũ ſatis acre reꝑietur in eũ, qui mortẽ obtulerit parenti? pro quo mo
ri ipſum, ſi res poſtularet, iura diuina atq; humana cogebant. In hoc tãto, tã atroci, tã ſingu
lari maleficio, qđ ita raro extitit, vt, ſiquando auditũ ſit, portenti ac prodigii ſimile ņumere
tur, quibus tandẽ te C. Eruci argumẽtis accuſatorẽ cenſes vti oportere? nonne & audaciam
eius, qui in crimen vocetur, ſingularem oſtendere, & mores feros, immanẽq; naturã, & vitã
vitiis flagitiiſq; omnibus deditam, & deniq; omnia ad ꝑniciẽ ꝓfligata atq; ꝑdita? quorũ tu
nihil in Sex. Roſciũ, ne obiiciendi quidẽ cauſa contuliſti. Patrẽ occidit Sex. Roſcius. Qui ho
mo? Adoleſcẽtulus corruptus, & ab hominibus nequã inductus? annos natus magis quadra
ginta. Vetus videlicet ſicarius, homo audax, & ſęꝑe in cęde verſat⁹? at hoc ab accuſatore ne
dici quidẽ audiſtis. Luxuries igitur hominẽ nimirum, & æris alieni magnitudo, & indomitę
animi cupiditates, ad hoc ſcelus impulerunt. De luxuria purgauit Erucius, cũ dixit, hũc ne
in conuiuio qdẽ vllo fere interfuiſſe, nihil autẽ vnq̃ debuit. Cupiditates porro quę poſſunt
eſſe in eo, qui (vt ipſe accuſator obiecit) ruri ſemꝑ habitarit, & in agro colẽdo vixerit? quę
vita maxime diſiuncta a cupiditate, & cũ officio coniuncta. Quę res igitur tantũ iſtũ furorẽ
Sex. Roſcio obiecit? Patri inquit non placebat. Patri non placebat? quam ob cauſam? Neceſſe
eſt enim eã quoq; iuſtã, & magnã, & ꝑſpicuã fuiſſe. Nã vt illud incredibile eſt, mortẽ obla-
tam eſſe patri a filio, ſine plurimis, & maximis cauſis, ſic hoc veriſimile nõ eſt, odio fuiſſe pa
renti filiũ ſine cauſis multis, & magnis, & neceſſariis. Rurſus igitur eodẽ reuertamur, & quę
ramus, quę tanta vitia fuerint in vnico filio, quare is patri diſpliceret. At ꝑſpicuũ eſt, nul-
lũ fuiſſe. Pater igitur amens: q odiſſet eũ ſine cauſa, quem procrearat. At is quidem fuit oĩm
conſtantiſſimus. Ergo illud iam ꝑſpicuũ profecto eſt, ſi neq; amẽs pater, neq; ꝑditus filius
fuerit, neq; odii cauſam patri, neq; ſceleris filio fuiſſe. Neſcio inquit quę cauſa odii fuerit, fu
iſſe odiũ intelligo: qa antea, cũ duos filios haberet, illũ alterũ, q mortuus eſt, ſecũ omni tem
pore volebat eſſe, hũc in prędia ruſtica relegarat. Qđ Erucio accidebat in mala nugatoriaq;
accuſatione, idem mihi vſu venit in cauſa optima. Ille quomodo crimen cõmentitiũ confir-
maret, non inueniebat: ego res tã leues, qua ratione infirmẽ, ac diluam, reꝑire nõ poſſum.
Quid ais Eruci? tot prædia, tã pulchra, tam fructuoſa Sex. Roſcius filio ſuo relegationis, ac
ſupplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat? quid hoc? Patres familiæ, qui liberos habẽt, p̃-
ſertim homines illius ordinis, ex municipiis ruſticanis, nonne optatiſſimũ ſibi putant eſſe, fi
lios ſuos rei familiari maxime ſeruire? & in prędiis colẽdis oꝑę plurimũ ſtudiiq; cõſumere?

Amãdare. An amandarat hũc ſic, vt eſſet in agro, ac tãtũmodo aleretur ad villã? vt cõmodis omnibus
careret? quid ſi conſtat, hũc nõ modo colendis prędiis pręfuiſſe, ſed certis fundis patre viuo

Vita attenta. frui ſolitũ eſſe? tamẽ ne hęc attenta vita & ruſticana, relegatio atq; amandatio apꝑllabitur?
Vides Eruci quantũ diſtet argumẽtatio tua ab re ipſa, atq; a veritate. Qđ conſuetudine pa
tres faciunt, id quaſi nouũ reprehẽdis. Qđ beneuolentia fit, id odio factũ criminaris. Qđ ho
noris cauſa pater filio ſuo conceſſit, id eũ ſupplicii cauſa feciſſe dicis. Neq; hęc tu non intelli
gis, ſed vſq; eo quid arguas, non habes, vt nõ modo tibi cõtra nos dicendũ putes, verũ etiã
contra rerũ naturam, contraq; conſuetudinẽ hominũ, contraq; opiniones omnium. At enim
cũ duos filios haberet, alterũ a ſe nõ dimittebat, alterũ ruri eſſe patiebatur. Quęſo Eruci vt
hoc in bonã partem accipias, non eñ exprobrandi cauſa, ſed cõmonendi gratia dicã. Si tibi
fortuna non dedit vt patre certo naſcerere, ex quo intelligere poſſes, qui animus patrius in
liberos eſſet, at natura certe dedit, vt humanitatis nõ parũ haberes. Eo acceſſit ſtudiũ doctri
næ, vt ne a literis quidem alienus eſſes. Quid tãdẽ tibi videt (vt ad fabulas veniamus) ſenex
ille Cęcilianus minoris facere Eutychũ filiũ ruſticũ, q̃ illum alterũ Chereſtratũ? nam vt opi
nor hoc nomine eſt. Alterũ in vrbe ſecũ honoris cauſa habere? alterũ rus ſupplicii cauſa re
legaſſe? Quid ad iſtas ineptias abis, inqes? quaſi vero mihi difficile ſit, q̃uis multos nomina
tim proferre (ne longius abeam) vel tribuleis, vel vicinos meos, qui ſuos liberos, quos pluri

Comici figmẽti cauſa. mi faciũt, agricolas aſſiduos eſſe cupiunt. Verũ homines notos ſumere odioſum eſt, cũ & il-
illud incertũ ſit, velint ne hi ſeſe nominari: & nemo vobis magis notus futurus ſit, q̃ eſt hic
Eutychus: & certe ad rem nihil interſit, vtrũ hũc ego comicũ adoleſcẽtẽ, an aliquẽ ex agro

Parricidii ĩmanitas.

Veiente nominem. Etenim hæc conficta arbitror a poetis eſſe, vt effictos noſtros mores in
alienis ꝑſonis, expreſſamq; imaginem noſtram vitæ quotidianæ videremus. Age nũc, refer
animum ſis ad veritatem, & conſidera non modo in Vmbria, atq; in ea vicinitate, ſed in his — Sis ꝑ ſi vis
veteribus municipiis, quæ ſtudia a patribuſfamilias maxime laudentur: iam profecto te in
telliges inopia criminum, ſummam laudem Sex. Roſcio vitio & culpæ dediſſe. At non modo — Agricultu
hoc patrum voluntate liberi faciunt, ſed ꝑmultos & ego noui, & (niſi me fallit animus) — ræ laus.
vnuſquiſq; veſtrum, qui & ipſi incenſi ſunt ſtudio, quod ad agrum colendũ attinet, vitamq;
hanc ruſticam, quam tu probro & crimini putas eſſe oportere, & honeſtiſſimam, & ſuauiſſi
mam eſſe arbitrãtur. Quid cenſes hunc ipſum Sex. Roſcium, quo ſtudio, & qua intelligentia
eſſe in ruſticis rebus? vt ex iis propinquis eius hominibus honeſtiſſimis audio, non tu in iſto
artificio accuſatorio callidior es, q̃ hic in ſuo. Verum, vt opinor, quoniam ita Chryſogono
videtur, qui huic nullũ prædium reliquit, & artificium obliuiſcatur, & ſtudium deponat, li
cebit. Quod tametſi miſerũ, & indignũ eſt, feret tamen æquo animo Iudices, ſi ꝑ vos vitam
& famam poteſt obtinere. hoc vero eſt, quod ferri non poteſt, ſi & in hãc calamitatem venit
propter prædiorum bonitatẽ, & multitudinẽ, & ꝙ ea ſtudioſe coluit, id erit ei maxime frau
di: vt parũ miſeriæ ſit, ꝙ aliis coluit, nõ ſibi, niſi etiã ꝙ omnino coluit, crimini fuerit. Nę tu
Eruci accuſator eſſes ridiculus, ſi illis tẽporibus natus eſſes, cũ ab aratro arceſſebãt, q cõſu
les fierent. Etenim qui pręeſſe agro colendo flagitiũ putes, profecto illum Attiliũ, quem ſua — Attilius
manu ſpargentẽ ſemen, qui miſſi erant conuenerũt, hominẽ turpiſſimũ, atq; inhoneſtiſſimũ — Seranus.
iudicares. At hercule maiores noſtri longe aliter, & de illo, & de cæteris talibus viris exiſti-
mabãt. itaq; ex minima tenuiſſimaq; R. P. maximã & florẽtiſſimã nobis reliquerũt. Suos enĩ
agros ſtudioſe colebãt, nõ alienos cupide appetebãt. Quibus rebus, & agris, & vrbibus, & na
tionibus, Remp. atq; hoc imperiũ, & P. Ro. nomẽ auxerunt. Neq; ego hæc eo profero, quo cõ
ferenda ſint cũ hiſce, de q̄bus nunc quærimus: ſed vt illud intelligaẽ, cum apud maiores no
ſtros ſummi viri, clariſſimiq; hoĩes, qui omni tẽpore ad gubernacula Reip. ſedere debebant,
tamen in agris quoq; colendis aliquantũ operæ tẽporiſq; conſumpſerint, ignoſci oportere ei
homini, q ſe fateatur eſſe ruſticũ, cum ruri aſſiduus ſemper vixerit. cũ præſertim nihil eſſet,
quod aut patri gratius, aut ſibi iucũdius, aut re vera honeſtius facere poſſet. Odium igitur
acerrimum patris in filium ex hoc opinor oſtendiẽ Eruci, ꝙ hunc ruri eſſe patiebatur. nun
quid eſt aliud? Immo vero inquit eſt. nam iſtum exhęredare in animo habebat. Audio. nũc di
cis aliquid, quod ad rem ꝑtineat. Nam illa opinor tu quoq; cõcedis leuia eſſe atq; inepta.
conuiuia cũ patre non inibat: quippe qui ne in oppidũ quidẽ niſi ꝑraro veniret. domũ ſuã
iſtum non fere quiſq̃ vocabat. nec mirũ, qui neq; in vrbe viueret, neq; †rure vocaturus eſſet. — †reuocatu
Verũ hæc quoq; tu intelligis eſſe nugatoria. Illud quod cœpimus, videamus, quo certius ar — rus.
gumentum odii reperiri nullo modo poteſt. Exhæredare pater filiũ cogitabat. Mitto quære
re, qua de cauſa. quæro, qui ſcias? tametſi te dicere, atq; enumerare cauſas omneis oporte-
bat, & id erat certi accuſatoris officiũ, qui tãti ſceleris argueret, explicare oĩa vitia, atq; pec-
cata filii, q̄bus incenſus parẽs potuerit animũ inducere, vt naturã ipſam vinceret, vt amorẽ
illum ꝑnitus inſitũ eiiceret ex animo, vt deniq; patrem eſſe ſeſe obliuiſceretur. quæ ſine ma-
gnis huiuſce ꝑccatis accidere potuiſſe non arbitror. Verum concedo tibi, vt ea prætereas,
quæ cum taces, nulla eſſe concedis. Illum quidẽ voluiſſe exhæredare, certe tu planum facere
debes. quid ergo affers, quare id factũ putemus? vere nihil potes dicere. finge aliquid ſaltẽ cõ
mode, vt ne plane videaris id facere, q̄d aperte facis, huius miſeri fortunis, & horũ virorũ ta
liũ dignitati illudere. Exhęredare filiũ voluit. quã ob cauſam? neſcio. exhæredauit ne? non. q̄s — Illudere di
prohibuit? cogitabat. cogitabat? cui dixit? nemini. Quid eſt aliud iudicio, ac legibus, ac maie — gnitati.
ſtate veſtra abuti ad quęſtum, atq; ad libidinem, niſi hoc modo accuſare, atq; id obiicere, q̄d
planũ facere nõ modo nõ poſſis, verũ ne coneris quidẽ? Nemo noſtrum eſt Eruci, quin ſciat
tibi inimicitias cum Sex. Roſcio nullas eſſe: vidẽt omnes qua de cauſa huic inimicus venias:
ſciunt huiuſce ꝑcunia te adductũ eſſe. Quid ergo eſt? ita tamẽ quæſtus te cupidũ eſſe opor
tebat, vt horũ exiſtimationẽ, & legẽ Memmiã putares aliquid valere oportere. Accuſatores — Lex Mẽmia
multos eſſe in ciuitate vtile eſt, vt metu cõtineaẽ audacia. verũtamẽ hoc ita eſt vtile, vt ne — Accuſato-
plane illudamur ab accuſatoribus. Innocẽs eſt quiſpiã, verũtamẽ q̃q̃ abeſt a culpa, ſuſpitione — rũ vtilitas.
tamẽ nõ caret. tametſi miſerũ eſt, tamen ei qui hunc accuſet, poſſim aliquo modo ignoſcere.
Cum enim aliquid habeat quod poſſit criminoſe ac ſuſpitioſe dicere, aperte ludificari, &

calumniari ſciens non videat.Quare facile omnes patimur eſſe q̃plurimos accuſatores,ꝙ in
nocens ſi accuſatus ſit,abſolui poteſt:nocens,niſi accuſatus fuerit, condemnari non poteſt.
Vtilius eſt autẽ abſolui innocentẽ,q̃ nocentẽ cauſam non dicere.Anſeribus cibaria publice
Canũ munus. locantur,& canes aluntur in capitolio,vt ſignificẽt ſi fures venerint. At fures internoſcere
non poſſunt,ſignificant tamẽ,ſi qui noctu in capitoliũ venerint. & quia id eſt ſuſpitioſum,
Significare. tametſi beſtiæ ſunt,tamẽ in eam partẽ potius ꝑccant,quæ eſt cautior. Qꝫ ſi luce quoq; ca=
nes latrẽt,cũ deos ſalutatũ aliqui venerint,opinor iis crura ſuffringant, ꝙ acres ſint etiam
tum,cũ ſuſpitio nulla ſit.Simillima eſt accuſatoꝝ ratio.Alii veſtrũ anſeres ſunt:qui tantum
modo clamãt,nocere nõ poſſunt.Alii canes, q & latrare & mordere poſſunt. Cibaria vobis
præberi videmus:vos aũt maxime debetis in eos impetũ facere,q merent.hoc populo gratiſ
ſimũ eſt.deinde ſi voletis,etiã tũ,cũ veriſimile erit aliquẽ cõmiſiſſe, in ſuſpitione latratote.
id quoq; cõcedi poteſt. Sin aũt ſic agetis,vt arguatis aliquẽ patrẽ occidiſſe,neq; dicere poſſi
tis aut quare, aut quõ,ac tãtũmõ ſine ſuſpitione latrabitis,crura quidẽ vobis nemo ſuffrin
get:ſed ſi ego hos bene noui,literã illã,cui vos vſq; eo inimici eſtis, vt etiã eas omneis ode=
ritis,ita vehemẽter ad caput affigent,vt poſtea neminẽ alium niſi fortunas veſtras accuſare
poſſitis.Quid mihi ad defendendũ dediſti bone accuſator?quid hiſce autẽ ad ſuſpicãdũ? Ne
exhęredaretur veritus eſt.audio.ſed qua de cauſa vereri debuerit, nemo dicit.Habebat pa=
ter in animo.planũ fac.nihil eſt:non quicum deliberarit,quẽ certiorẽ fecerit,vnde iſtud vo
bis ſuſpicari in mentẽ venerit.Cũ hoc modo accuſas Eruci,nõne hoc palam dicis?ego quid
acceꝑrim,ſcio:quid dicã,neſcio.vnum illud ſpectaui,ꝙ Chryſogonus aiebat neminẽ iſti pa=
tronum futurum:de bonorum emptione,deq; ea ſocietate neminem eſſe,qui verbum facere
hoc tempore auderet.hæc te opinio falſa in iſtam fraudem impulit.non mehercule verbum
feciſſes,ſi tibi quenq̃ reſponſurum putaſſes.Oꝑręprecĩu erat,ſi animaduertiſtis Iudices,ne=
gligentiam eius in accuſando conſiderare.Credo cum vidiſſet,qui homines in hiſce ſubſel=
liis ſederent, quæſiſſe, num ille aut ille defenſurus eſſet:de me ne ſuſpicatum quidem, ꝙ an
tea cauſam publicã nullã dixerim. Poſteaq̃ inuenit neminẽ eorũ,qui poſſunt,& ſolẽt,ita ne
gligẽs eſſe cœpit,vt cũ in mentẽ veniret ei,reſideret,deinde ſpatiaret,nonnũq̃ etiã puerum
vocaret,credo cui cœnã imperaret,prorſus vt veſtro conſeſſu & hoc conuentu pro ſumma
ſolitudine abuteretur. Perorauit aliquando, aſſedit. ſurrexi ego. reſpirare viſus eſt, ꝙ non
alius potius diceret.cœpi dicere.vſq; eo animaduerti Iudices eum iocari,atq; alias res age=
re, anteq̃ Chryſogonũ nominaui. quẽ ſimulatq; attigi, ſtatim homo ſe erexit, mirari viſus
eſt.intellexi quid eum pupugiſſet.iterũ ac tertio nominaui.Poſtea hoĩes curſare vltro & ci=
tro nõ deſtiterunt,credo qui Chryſogono nunciarent,eſſe aliquẽ in ciuitate,qui contra vo
luntatẽ eius dicere auderet:aliter cauſam agi,atq; ille exiſtimaret:aꝑriri bonoꝝ emptionẽ,
vexari ꝑſſime ſocietatẽ,gratiã, potentiãq; eius negligi,Iudices diligenter attendere, popu=
lo rem indignã videri.Quę quoniã te fefellerũt Eruci,quoniãq; vides verſa eſſe oĩa,cauſam
pro Sex.Roſcio ſi non cõmode,at libere dici,quẽ dedi putabas,defendi intelligis,quos tradi
turos ſꝑabas,vides iudicare,reſtitue nobis aliquãdo veterẽ tuã illam calliditatẽ,atq; pru=
dentiam:confitere huc ea ſpe veniſſe,ꝙ putares hic latrociniũ,nõ iudiciũ futurum.De par=
ricidio cauſa dicitur.Ratio ab accuſatore reddita non eſt,quã ob cauſam patrẽ filius occide
†noxiis. rit.Quod in minimis†noxis,& in his leuiorib9 ꝑccatis,quæ magis crebra,& iã proꝑ quoti
diana ſunt,maxime & primũ quæritur,quæ cauſa maleficii fuerit, id Erucius in parricidio
quæri non putat oportere.In quo ſcelere Iudices etiã cũ multæ cauſæ cõueniſſe vnum in lo
cũ,atq; inter ſe cõgruere vident,tamẽ nõ temere creditur,neq; leui cõiectura res ꝑnditur,
neq; teſtis incertus auditur,neq; accuſatoris ingenio res iudicatur:cũ multa antea cõmiſſa
maleficia,tum vita hominis ꝑditiſſima,tũ ſingularis audacia oſtendat neceſſe eſt,neq; au=
dacia ſolũ,ſed ſummus furor,atq; amentia.Hęc cũ ſint omnia,tamẽ extent oportet expreſſa
ſceleris veſtigia,vbi,qua ratione,ꝑ quos,quo tẽpore,maleficiũ ſit admiſſum.Quę niſi mul
ta & manifeſta ſunt,profecto res tam ſceleſta,tam atrox,tã nefaria credi non poteſt. Magna
eſt enĩ vis humanitatis, multũ valet cõmunio ſanguinis, reclamitat iſtiuſmodi ſuſpitioni=
bus ipſa natura:portentum,atq; monſtrum certiſſimũ eſt,eſſe aliquem humana ſꝑcie,& fi=
gura,qui tantũ immanitate beſtias vicerit,vt propter quos hanc ſuauiſſimã lucẽ aſꝑxerit,
eos indigniſſime luce priuarit, cũ etiam feras inter ſeſe partus,atq; educatio,& natura ipſa
T.Clœlius cõciliet.Nõ ita multis ante annis aiunt T.Clœliũ quendã Tarracinenſem hoĩem nõ obſcu=

rũ,cum cœnatus cubitum in idẽ cõclaue cum duobus adoleſcentibus filiis iſſet, inuentũ
eſſe mane iugulatum. Cũ neq; ſeruus quiſq̃ reꝑiretur,neq; liber,ad quem ea ſuſpitio perti
neret,id ætatis aũt duo filii propter cubantes,ne ſenſiſſe quidẽ ſe diceret, nomina filiorum
de parricidio delata ſunt. Quid poterat? ſane ſuſpitioſum. neutrum ne ſenſiſſe? auſum autẽ
eſſe quenq̃ ſe in id conclaue committere? eo potiſſimum tempore, cum ibidẽ eſſent duo ado
leſcentes filii,qui & ſentire & defendere facile poſſent? erat porro nemo in quem ea ſuſpitio
conueniret. tamen cum planum iudicibus eſſet factum, aꝑto oſtio dormientes eos reper- Sõnus par
tos eſſe,iudicio abſoluti adoleſcẽtes,& ſuſpitiõe om̃i liberati ſunt. Nemo enĩ putabat quẽq̃ ricidium
eſſe,qui cum omnia diuina atq; humana iura ſcelere nefario polluiſſet,ſomnũ ſtatim caꝑe purgauit.
potuiſſet. propterea ꝙ qui tantũ facinus cõmiſerunt,nõ modo ſine cura quieſcere,ſed ne ſpi
rare quidẽ ſine metu poſſunt. Videtis ne quos nobis poetæ tradiderũt patris vlciſcẽdi cauſa
ſupplíciũ de matre ſumpſiſſe, cũ præſertim deorũ immortaliũ iuſſis, atq; oraculis id feciſſe
dicantur,tamen vt eos agitẽt furiæ? neq; cõſiſtere vſq̃ patiant? ꝙ ne pii quidẽ ſine ſcelere eſſe
potuerunt. Sic ſe res habet Iudices,magnam vim,magnam neceſſitatem,magnã poſſidet re-
ligionẽ paternus maternuſq; ſanguis. ex quo ſiqua macula cõcepta eſt,nõ modo †laui nõ po †leniri.
teſt,verũ vſq; eo ꝑmanat ad animũ,vt ſummus furor,atq; amentia cõſequatur. Nolite eñ
putare,quẽadmodũ in fabulis ſæꝑnumero videtis,eos q aliqd impie ſcelerateq; cõmiſerint,
agitari,& ꝑterreri furiarũ tędis ardẽtibus. ſua quẽq; fraus & ſuus terror maxime vexat,ſuũ Suus quen
quẽq; ſcelus agitat,amẽtiaq; afficit,ſuæ malæ cogitationes cõſciẽtięq; animi terrẽt. Hæ ſunt q; terror
impiis aſſiduæ domeſticæq; furiæ,quæ dies nocteſq; parentũ pœnas a cõſceleratiſſimis filiis agitat.
reꝑtant. Hæc magnitudo maleficii facit,vt niſi ꝑne manifeſtũ parricidiũ proferaẽ, credibi-
le nõ ſit,niſi turpis adoleſcentia,niſi oĩbus flagitiis vita inquinata,niſi ſumptus effuſi cũ ꝓ-
bro,atq; dedecore,niſi ꝓrupta audacia,niſi tãta temeritas,vt nõ ꝓcul abhorreat ab inſania.
Accedat huc oportet odiũ parẽtis,animaduerſionis paternæ metus,amici improbi,ſerui cõ
ſcii,tempus idoneũ, locus opportune captus ad eam rem,pene dicam reſꝑſas manus ſan-
guine paterno Iudices videant oportet,ſi tantũ facinus,tam immane,tam acerbum,creditu
ri ſunt. Quare hoc quo minus eſt credibile,niſi oſtẽditur,eo magis eſt,ſi cõuincitur,vindicã
dum. Itaq; cũ multis ex rebus intelligi poteſt, maiores noſtros nõ modo armis plus q̃ cæte-
ras nationes, verũ etiã conſilio ſapiẽtiaq; potuiſſe,tum ex hac re vel maxime,ꝙ in impios ſin
gulare ſuppliciũ inuenerunt. Qua in re quantũ prudentia præſtiterunt iis,qui apud cęteros
ſapientiſſimi fuiſſe dicunẽ,conſiderate. Prudentiſſima ciuitas Athenienſiũ,dum ea rerũ po-
tita eſt,fuiſſe traditur. eius porro ciuitatis ſapientiſſimũ Solonem dicunt fuiſſe eum,qui le- Solon.
ges,quibus hodie quoq; vtuntur,ſcripſerit. Is cum interrogaretur,cur nullũ ſupplicium cõ
ſtituiſſet in eum,qui parentẽ necaſſet,reſpondit,ſe id neminem facturũ putaſſe. Sapienter fe
ciſſe dicitur,cum de eo nihil ſanxerit,quod antea commiſſum non erat,ne nõ tam prohibe-
re q̃ admonere videretur. Quanto maiores noſtri ſapientius, qui cũ intelligerent, nihil eſſe Nihil tam
tam ſanctũ,quod nõ aliquãdo violaret audacia, ſuppliciũ in parricidas ſingulare excogita- ſanctũ qđ
uerunt,vt quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet,magnitudine pœnæ maleficio non violet
ſummouerentur. inſui voluerunt in culleum viuos,atq; ita in flumẽ deiici. O ſingularem ſa audacia.
pientiã Iudices. nõne videntur hũc hominẽ ex rerũ natura ſuſtuliſſe,& eripuiſſe,cui repen- Parricida-
te cælũ,ſolem,aquã,terramq; ademerunt? vt qui eum necaſſet,vnde ipſe natus eſſet, careret rũ pœna.
iis rebus omnibus,ex qbus oĩa nata eſſe dicunẽ. Noluerũt feris corpus obiicere, ne beſtiis
quoq;,quę tantũ ſcelus attigiſſent,immanioribus vteremur. non ſic nudos in flumen deiice
re,ne cum delati eſſent in mare,ipſum polluerent,quo cætera,quæ violata ſunt,expiari pu-
tanẽ. Deniq; nihil tã vtile,neq; tam vulgare eſt,cuius partẽ vllã reliquerint. Etenĩ quid tam
eſt cõmune,q̃ ſpiritus viuis? terra mortuis? mare fluctuantibus? littus eiectis? Ita viuũt dum
poſſunt,vt ducere animã de cælo non queãt. ita moriuntur,vt eorum oſſa terra nõ tangat.
ita iactanẽ fluctibus,vt nunq̃ abluanẽ. ita poſtremo eiiciũtur, vt ne ad ſaxa quidẽ mortui cõ
quieſcant. Tanti maleficii crimen,cui maleficio tam inſigne ſuppliciũ eſt cõſtitutũ, probare
te Eruci cenſes poſſe talibus viris, ſi ne cauſam qdẽ maleficii ꝓtuleris? Si hũc apud bonorũ
emptores ipſos accuſares,eiq; iudicio Chryſogonus p̃eſſet,tñ diligẽtius paratiuſq; veniſſes. Diligẽtius
Vtrũ quid agaẽ nõ vides? an apud quos agaẽ? Agiẽ de parricidio,qđ ſine multis cauſis ſuſci paratiuſq;
pi nõ poteſt. Apud hoĩes aũt prudẽtiſſimos agiẽ,q intelligunt neminẽ ne minimũ quidẽ ma veniſſes.
leficium ſine cauſa admittere. Eſto,cauſam proferre non potes. tametſi ſtatim viciſſe debeo,

tamẽ de meo iure decedã,& tibi q̃d in alia cauſa nõ cõcederẽ,in hac cõcedã,fretus huius in
*Quęro abs te.* nocẽtia.Nõ quæro abs te,quare patrẽ Sex.Roſcius occiderit:quęro quomodo occiderit.Ita
quæro abs te C.Eruci quomodo,& ſic tecũ agam,vt in eo loco vel reſpondẽdi vel interpel-
landi tibi poteſtatẽ faciã,vel etiã ſi q̃d voles,interrogãdi.quõ occidit?ipſe p̄cuſſit?an aliis oc
cidẽdũ dedit?Si ip̃m arguis,Romę nõ fuit.ſi p̄ alios feciſſe dicis,quęro ſeruos ne,an liberos?
*Indidem.* quos hoĩes?indidẽ ne Ameria?an hoſce ex vrbe ſicarios?Si Ameria,q̃ ſunt hi?cur nõ nominã
tur?ſi Romę,vnde eos nouerat Roſcius,q̃ Romã m̃ltis annis nõ venit,neq; vnq̃ plus triduo
fuit?vbi eos cõuenit?quicũ locutus eſt,quomodo p̱ſuaſit?Preciũ dedit?cui dedit?p̱ quem
dedit?vnde?aut quantũ dedit?nõne his veſtigiis ad caput maleficii p̱ueniri ſolet? Et ſimul
tibi in mẽtẽ veniat facito,quẽadmodũ vitã huiuſce depinxeris:hũc hominẽ ferũ atq; agreſtẽ
fuiſſe,nũq̃ cum homine quoq̃ collocutũ eſſe,nũq̃ in oppido cõſtitiſſe.Qua in re prætereo il
lud,quod mihi maximo argumẽto ad huius innocentiã poterat eſſe,in ruſticis moribus, in
*Siĺitudo.* victu arido,ĩ hac horrida ĩcultaq; vita,iſtiuſmodi maleficia gigni nõ ſolere. Vt nõ oẽm fru
gem neq; arborem in omni agro rep̱erire poſſis,ſic non omne facinus in omni vita naſcitur.
*Exiſto.* In vrbe luxuries creatur,ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt,ex auaritia erumpat audacia.
inde omnia ſcelera ac maleficia gignunt̃.Vita aũt hæc ruſtica,quam tu agreſtẽ vocas, parſi
moniæ,diligentię,iuſtitiæ,magiſtra eſt.Verum hęc miſſa facio.illud quęro:is homo,qui,vt
tute dicis, nunq̃ inter homines fuerit,p̱ quos homines hoc tãtũ facinus, tam occultum,
abſens præſertim,conficere potuerit? Multa ſunt falſa Iudices , quæ tamen argui ſuſpitioſe
poſſunt:in his rebus ſi ſuſpitio rep̱erta erit,culpam ineſſe concedam.Romæ Sex.Roſcius oc
ciditur, cum in agro Amerino eſſet filius. literas credo miſit alicui ſicario, qui Romæ no-
uerat neminẽ.arceſſiuit aliquẽ.at quãdo?nunciũ miſit.quẽ?aut ad quẽ?precio, gratia,ſpe,p̱-
miſſis,induxit aliquẽ?nihil horum ne confingi quidẽ poteſt,& tamẽ cauſa de parricidio di-
citur. Reliquũ eſt,vt p̱ ſeruos id admiſerit.O dii immortales rem miſerã,& calamitoſam.
quod in tali crimine innocẽti ſaluti ſolet eſſe,vt ſeruos in quæſtionem polliceant̃:id Sex.Ro
ſcio facere nõ licet: vos qui hũc accuſatis,oẽs eius ſeruos habetis: vnus puer victus quoti-
*Admini-ſter.* diani adminiſter ex tanta familia Sex.Roſcio relictus nõ eſt.Te nunc app̱ello P.Scipio,te Me
telle:vobis aduocatis,vobis agentibus,aliquoties duos ſeruos paternos in quæſtionẽ ab ad
uerſariis Sex.Roſcius poſtulauit.Meminiſti te T.Roſci recuſare?q̃d?ii ſerui vbi ſunt?Chryſo-
gonũ Iudices ſectant̃,apud eũ ſunt in honore,& in precio.etiã nũc vt ex his quærat̃,ego po
ſtulo,hic orat,atq; obſecrat.q̃d facitis?cur recuſatis?Dubitate etiã nunc Iudices,ſi poteſtis,
a quo ſit Sex.Roſcius occiſus.ab eo ne,qui propter illius mortẽ in egeſtate & inſidiis verſa-
tur,cui ne quęrendi q̃dẽ de morte patris poteſtas p̱mittit̃:an ab iis,qui quęſtionẽ fugitãt,
bona poſſidẽt,in cęde atq; ex cęde viuũt.Oĩa Iudices ĩ hac cauſa ſunt miſera,atq; ĩdigna:tñ
hoc nihil neq; acerbius,neq; iniquius proferri poteſt.mortis paternę de ſeruis paternis quę
ſtionẽ habere filio nõ licet:ne tandiu quidẽ dominus erit in ſuos, dũ ex iis de patris morte
quæratur.Veniã neq; ita multo poſt ad hũc locũ:nã hoc totũ ad Roſcios p̱tinet,de quo-
rum audacia tum me dicturũ pollicitus ſum,cũ Erucii crimina diluiſſem.Nunc Eruci ad te
venio.conueniat mihi tecũ neceſſe eſt,ſi ad hunc,maleficiũ iſtud p̱tinet,aut ipſum ſua ma
nu feciſſe,id q̃d negas,aut p̱ aliquos liberos,aut ſeruos. Liberos ne?quos neq; vt cõuenire
potuerit,neq; qua ratione inducere,neq; vbi,neq; p̱ quos,neq; qua ſpe,aut quo precio, po
tes oſtendere.Ego contra oſtendo,non modo nihil eorũ feciſſe Sex.Roſciũ,ſed ne potuiſſe q̃
dẽ facere,q̄ neq; Romæ multis annis fuerit, neq; de prædiis vnq̃ temere diſceſſerit. Reſtare
tibi videbat̃ ſeruorũ nomẽ,quo quaſi in portũ reiectus a cæteris ſuſpitionibus cõfugere poſ-
ſes,vbi ſcopulũ offendis eiuſmodi,vt nõ modo ab hoc crimẽ reſilire videas, verum omnem
ſuſpitionẽ ĩ voſmetipſos recidere intelligas. Quid eſt ergo,quo tãdẽ accuſator inopia argu
mentorũ confugerit?eiuſmodi tẽpus erat inquit,vt homines vulgo impune occiderent̃.qua
re tu hoc propter multitudinẽ ſicariorum,nullo negotio facere potuiſti.Interim mihi vide
*Vna mercede duas res.* ris Eruci vna mercede duas res aſſequi velle,nos iudicio p̱fundere,accuſare autẽ eos ipſos
a q̃bus mercedẽ accepiſti.quid ais?vulgo occidebant̃?p̱ quos?& a q̃bus?nõne cogitas te a ſe-
ctoribus huc adductũ eſſe?quid poſtea?neſcimus per iſta tẽpora eoſdẽ fere ſectores fuiſſe col
*Perfundere iudicio.* lorũ & bonorũ?Ii deniq; qui tũ armati dies noctesq; cõcurſabant,q̃ Romæ erant aſſidui, qui
omni tempore in præda,& ſanguine verſabantur,Sex.Roſcio tẽporis illius acerbitatem,ini-
*Sectores.* quitatemq; obiiciẽt?& illam ſicariorum multitudinem, in qua ipſi duces ac principes erant,

huic crimini putabūt fore?q nō modo Romę nō fuit,ſed omnino qd Romæ agerer,neſciret,
propterea ꝙ ruri aſſiduus,queadmodū tute cōfiteris,fuit. Vereor ne aut moleſt⁹ ſim vobis
Iudices,aut ne ingeniis veſtris videar diffidere,ſi de tā pſpicuis rebus diutius diſſerā.Eru
cii criminatio tota,vt arbitror,diſſoluta eſt.niſi forte expectatis,vt illa diluā, quę de pecula
tu ac de eiuſmodi rebus cōmentitiis inaudita nobis ante hoc tēpus ac noua obiecit.quæ mi
hi iſte viſus eſt ex alia oratione declamare,quā in aliū reū cōmentaret:ita neq; ad crimē par
ricidii,neq; ad eū q cauſam dicit,ptinebat.de qbus cū verbo arguit,verbo ſatis eſt negare.
Si quid eſt qd ad teſtes referuet,ibi nos quoq;,vt ī ipſa cauſa,paratiores repriet,q̄ putabat.
Venio nūc eo,quo me nō cupiditas ducit,ſed fides.Nā ſi mihi liberet accuſare,accuſarē ali
os potius,ex qbus poſſem creſcere.qd certū eſt nō facere,dū vtrūuis licebit.Is eñ mihi vide ››
tur ampliſſimus,q ſua virtute in altiorē locū puenit,nō q aſcēdit per alterius incōmodū, ››
& calamitatē.Deſinam⁹ aliquādo ea ſcrutari,quæ ſunt inania,quæramus vbi maleficium & ››
eſt,& inueniri poteſt:iam intelliges Eruci certū crimē, q̄ multis ſuſpitionibus coarguatur.
tametſi neq; oīa dicā, & leuiter vnūquodq; tangā.neq; eñ id facerē,niſi neceſſe eſſet. Et id
erit ſigni me inuitū facere,ꝙ nō pſequar lōgius,q̄ ſalus huius, & mea fides poſtulabit. Cau
ſam tu nullā repiebas in Sex.Roſcio.At ego in T.Roſcio repio.tecū.n.mihi res eſt T. Roſci,
quoniā iſtic ſedes,ac te palā aduerſariū eſſe profiteris.de Capitone poſt viderimus,ſi quead-
modū paratū eſſe audio,teſtis pdierit.tū alias quoq; ſuas palmas cognoſcet, de qbus me ne
audiſſe qdē ſuſpicat. L.Caſſius ille,quē Po.R.veriſſimū & ſapiētiſſimū iudicē putabat,iden L.Caſſius.
tidē in cauſis quærere ſolebat,cui bono fuiſſet.Sic vita hoīm eſt,vt ad maleficiū nemo cone ››
tur ſine ſpe atq; emolumēto accedere.Hūc quęſitorē,ac iudicē fugiebāt,atq; horrebāt ii, qb⁹ ››
periculū creabat:ideo ꝙ tāetſi veritatis erat amicus,tñ natura nō tā propenſus ad miſericor Creabatur
diā,q̄ implicat⁹ ad ſeueritatē videbat.Ego qq̄ preeſt huic queſtioni vir,& cōtra audaciā for periculum
tiſſimus,& ab innocētia clemētiſſimus,tamē facile me paterer, vel illo ipſo acerrimo iudice Clemētiſſi
quærēte,vel apud Caſſianos Iudices,quorū etiā nūc ii,qbus cauſa dicēda eſt,nomē ipſum re mus ab in-
formidāt,pro Sex.Roſcio dicere.In hac eñ cauſa cū videret illos ampliſſimā pecuniā poſſide nocentia.
re,hunc in ſumma mēdicitate eſſe,illud quidē nō quęrerēt,cui bono fuiſſet,ſed eo pſpicuū Caſſiani iu
crimē,& ſuſpitionē potius ad pdā adiungerēt,q̄ ad egeſtatē.Quid ſi accedit eodē,vt tenuis dices.
antea fueris?qd ſi vt auarus?quid ſi vt audax?quid ſi vt illius,qui occiſus eſt,inimiciſſimus?
num quærenda cauſa,quę te ad tātū facinus adduxerit?Quid ergo horum negari poteſt?Te
nuitas hoīs eiuſmodi eſt,vt diſſimulari nō queat,atq; eo magis eluceat,quo magis occulta-
tur.Auaritiā præfers,q ſocietatē coieris de municipis,cognatiq; fortunis cū alieniſſimo.Quā
ſis audax(vt alia obliuiſcar)hinc omnes intelligere potuerūt,ꝙ ex tota ſocietate,hoc eſt ex
tot ſicariis,ſolus tu inuentus es,qui cū accuſatoribus ſederes,atq; os tuū nō modo oſtende
res,ſed etiā offerres.Inimicitias tibi fuiſſe cū Sex.Roſcio,& magnas rei familiaris cōtrouer-
ſias,cōcedas neceſſe eſt.Reſtat Iudices vt hoc dubitemus,vter potius Sex.Roſciū occiderit:
is ad quē morte eius diuitię venerint:an is,ad quē mendicitas?is,qui antea tenuis fuerit:an
is,qui poſtea factus ſit egentiſſimus?is,qui ardens auaritia feratur infeſtus in ſuos:an is,qui
ſemper ita vixerit,vt quæſtum noſſet nullū,fructū aūt eū ſolū,quem labore peperiſſet?is,qui
omniū ſectoꝝ audaciſſimus ſit:an is,qui propter fori,iudiciorumq; inſolentiam,non modo
ſubſellia,verū etiam vrbem ipſam reformidat?Poſtremo Iudices,id quod ad rē mea ſentētia
maxime pertinet,vtrū inimicus potius,an filius?Hæc tu Eruci tot, & tanta ſi nactus eſſes in
reo,q̄diu diceres?quo te modo iactares?Tēpus hercule te citius,q̄ oratio deficeret. Etenī in
ſingulis rebus eiuſmodi materies eſt,vt dies ſingulos poſſis cōſumere.Neq; ego nō poſſum:
non enim mihi tantum derogo,tametſi nihil arrogo,vt te copioſius q̄ me putem poſſe dice
re.Verū ego forſitan propter multitudinē patronoꝝ in grege annumerer, te pugna Cannē
ſis accuſatorē ſat bonum facit.Multos cęſos non ad Thraſimenum lacum,ſed ad Seruilium
vidimus.qs ibi nō eſt vulneratus ferro Phrygio?nō neceſſe eſt omeis cōmemorare Curtios,
Marios,deniq; Mamercos,quos iam ętas a pręliis auocabat.Poſtremo Priamū ipſum ſenem,
Antiſtium,quē nō modo ætas,ſed etiā leges pugnare prohibebant.Iam quos nemo propter Canes mul
ignobilitatem nominat,ſexcenti ſunt,qui inter ſicarios,& de veneficiis accuſabāt.qui omes ti nihil ob
(quod ad me attinet)vellem viuerent.Nihil enim mali eſt,canes ibi q̄plurimos eſſe,vbi per ſunt vbi
multi obſeruandi,multaq; ſeruanda ſunt.Verum(vt fit)multa ſepe imprudētibus imperato multi ob-
ribus vis belli,ac turba molitur. dum is in aliis rebus erat occupatus, qui ſummam rerum ſeruandi.

adminiſtrabat,erāt interea q ſuis vulneribus mederenť:qui tanq̃ ſi offuſa Reip. ſempiterna
nox eſſet,ita ruebāt in tenebris,omniaq; miſcebant.a quibus miror,ne quod iudiciorū eſſet
veſtigiū,non ſubſellia quoq; eſſe cōbuſta.nam & accuſatores,& iudices ſuſtulerunt. Hoc cō
modi eſt,ꝙ ita vixerunt,vt teſtes omnes,ſi cuꝑent, interficere non poſſent.nam dū homi
num genus erit,qui accuſet eos,nō deerit:dū ciuitas erit,iudicia fient. Verū vt cœpi dice-
re,& Erucius hęc ſi haberet in cauſa,quæ cōmemoraui,poſſet ea q̃vis diu dicere,& ego Iu-
dices poſſum.ſed in animo eſt(quēadmodū ante dixi)leuiter trāſire,ac tantūmodo ꝑſtrin
Perſtringe re.
gere vnāquāq; rem,vt oēs intelligāt,me nō ſtudio accuſare,ſed officio defendere. Video igi
tur cauſas eſſe ꝑmultas:quæ iſtum impellerēt. Videamus nunc ecquæ facultas ſuſcipiendi
maleficii fuerit. Vbi occiſus eſt Sex.Roſcius?Romæ.Quid tu Roſci vbi tunc eras?Romæ.ve
rū quid ad rē?& alii multi.quaſi nūc id agatur,quis ex tanta multitudine occiderit: ac non
hoc quęrať,eum qui Romæ ſit occiſus,vtrū veriſimilius ſit ab eo eſſe occiſum,qui aſſiduus
eo tēpore Romæ fuerit,an ab eo,qui multis annis Romā omnino nō acceſſerit.Age nūc,cæ
teras facultates quoq; cōſideremus.erat tū multitudo ſicariorū,id quod cōmemorauit Eru
cius,& hoīes impune occidebantur.quid?ea multitudo quę erat?opinor,aut eorū qui in bo
nis erant occupati,aut eorū,qui ab iis conducebanť,vt aliquē occiderēt.Si eos putas,q alie
num appetebāt,tu es in eo numero,qui noſtra ꝑcunia diues es.ſin eos,quos,qui leuiore no
Percuſſo- res.
mine appellāt,ꝑcuſſores vocant,quære in cuius fide ſint,& clientela.mihi crede,aliquē de
ſocietate tua reꝑries.& quicquid tu cōtradixeris,id cū defenſione noſtra contendito. ita fa
cillime cauſa Sex.Roſcii cū tua conferet.Dices,quid poſtea,ſi Romę aſſiduus fui?Reſponde
bo,at ego omnino non fui.Fateor me ſectorē eſſe, verū & alii multi.at ego(vt tute arguis)
agricola & ruſticus. Nō cōtinuo,ſi me in gregē ſicariorū cōtuli,ſum ſicarius.at ego profe-
cto,qui ne noui quidē quēq̃ ſicarium,longe abſum ab eiuſmodi crimine.Permulta ſunt,quę
dici poſſunt,quare intelligať ſummā tibi facultatē fuiſſe maleficii ſuſcipiēdi:quæ nō modo
idcirco prætereo,ꝙ te ipſum nō libēter accuſo,verū eo magis etiā,ꝙ ſi de illis cædibus ve-
lim cōmemorare,quæ tū factæ ſunt iſta eadē ratione,qua Sex.Roſcius occiſus eſt,vereor ne
ad plures oratio mea ꝑtinere videať. Videamus nūc ſtrictim,ſicut cætera,quæ poſt mortē
Sex.Roſcii abs te T.Roſci facta ſunt.quæ ita aꝑta & manifeſta ſunt, vt mediuſfidius Iudi
Cuiuſque- modi.
ces inuitus ea dicā.vereor em̄ cuiuſquemodi es Roſci,ne ita hūc videar voluiſſe ſeruare,vt
tibi oīno nō ꝑpercerim. Cū hoc vereor,& cupio tibi aliqua ex parte (qđ ſalua fide poſſim)
parcere,rurſus immuto voluntatē meā.venit em̄ mihi in mentē oris tui. Te ne cū cæteri ſo
cii tui fugerēt,ac ſe occultarēt,vt hoc iudiciū nō de illorū præda,ſed de huius maleficio fie
ri videreť,potiſſimū tibi partes iſtas depopoſciſſe, vt in iudicio verſarere, & ſederes,cū ac-
cuſatore?Qua in rē nihil aliud aſſequeris,niſi vt ab oībus mortalibus audacia tua cognoſca
tur,& impudētia.Occiſo Sex.Roſcio,q primus Ameriā nūciat?Mallius Glaucia,quē iam an
tea nominaui,tuus cliens,& familiaris.quid attinuit eū potiſſimū nunciare,qđ,ſi nullū iam
ante conſiliū de morte ac de bonis eius inieras,nullāq; ſocietatē neq; ſceleris,neq; pręmii,cū
hoīe vllo coieras,ad te minime oīm ꝑtinebat?Sua ſponte Mallius nūciat?quid quęſo eius in
tererat?an cū Ameriā non huiuſce rei cauſa veniſſet,caſu accidit,vt id qđ Romæ audierat,
primus nūciaret?cuius rei cauſa venerat Ameriā?nō poſſum inquit diuinare.eo rē iā addu-
cam,vt nihil diuinatione opus ſit.Qua ratione Roſcio Capitoni primū nunciauit?cū Ame
riæ Sex.Roſcii domus,vxor,liberiq; eſſent,cū tot propinqui cognatiq; optime cōuenientes,
qua ratione factū eſt,vt iſte tuus cliēs ſceleris tui nuncius T.Roſcio Capitoni potiſſimū nū
ciaret?Occiſus eſt a cœna rediens.nondū lucebat,cū Amerię ſcitum eſt.quid hic incredibilis
curſus?quid hæc tanta celeritas,feſtinatioq; ſignificat?non quæro quis ꝑcuſſerit. nihil eſt
Glaucia quod metuas:non excutio te,ſi quid forte ferri habuiſti, non ſcrutor, nihil ad me
arbitror ꝑtinere.quoniam cuius conſilio occiſus ſit, inuenio:cuius manu ſit ꝑcuſſus nō
laboro. Vnum hoc ſumo,quod mihi aꝑtum tuum ſcelus reſq; manifeſta dat.vbi aut vnde
audiuit Glaucia? qui tam cito ſciuit?fac audiſſe ſtatim.quæ res eum nocte vna tantum iti-
neris contendere coegit?que neceſſitas eum tanta premebat , vt ſi ſua ſponte iter Ameriam
faceret,id tēporis Roma proficiſceretur,nullā partem noctis requieſceret?Etiā ne in tā ꝑ-
ſpicuis rebus argumētatio quærēda,aut cōiectura capiēda ſit?nōne vobis hæc,quę audiſtis,
cernere oculis videmini Iudices?nō illū miſerū,ignarū caſus ſui,redeūtē a cœna videtis? nō
poſitas inſidias?nō impetū reꝑntinū?nō verſať ante oculos vobis in cæde Glaucia? nō adeſt

iſte T. Roſcius? nõ ſuis manibus in curru collocat Automedontẽ illum ſui ſceleris acerbiſſi-
mi nefariæq; victoriæ nuncium? nõ orat vt eam noctẽ ꝑuigilet? vt honoris ſui cauſa labo-
ret? vt Capitoni q̃ primũ nũciet? Quid erat qđ Capitonẽ primũ ſcire voluerit? neſcio. niſi hoc
video: Capitonẽ in his bonis eſſe ſociũ: de tribus & decẽ fundis, tres nobiliſſimos fundos eũ
video poſſidere. Audio pręterea non hanc ſuſpitionem nunc primũ in Capitonem conferri,
multas eſſe infameis palmas, hanc primã eſſe tamẽ lemniſcatam, quæ Romæ deferatur. nullũ Lēniſcatus
modũ eſſe hoĩs occidẽdi, quo ille nõ aliquot occiderit, multos ferro, multos veneno. Habeo
etiã dicere quẽ cõtra morẽ maiorũ, minorẽ annis. LX. de ponte in Tiberim deiecerit. qui ſi De ponte
prodierit, atq; adeo cũ prodierit, ſcio eñ proditurũ eſſe, audiet. veniat modo, explicet ſuum deiicere.
volumen illud, quod ei planũ facere poſſum Erucium cõſcripſiſſe, qđ aiũt illũ Sex. Roſcio in
tentaſſe, & meditatũ eſſe, ſe oĩa illa pro teſtimonio eſſe dicturũ. O præclarũ teſtem Iudices. O
grauitatẽ dignã expectatione. O vitã honeſtã, atq; eiuſmodi, vt libentibus animis ad eius te-
ſtimoniũ veſtrũ iuſiurandũ accõmodetis. Profecto nõ tam ꝑſpicue iſtorũ maleficia videre-
mus, niſi ipſos cæcos redderet cupiditas, & auaritia, & audacia. Alter ex ipſa cęde volucrem
nunciũ Ameriã ad ſociũ atq; ad magiſtrũ ſuũ miſit, vt ſi diſſimulare oẽs cuperent, ſe ſcire ad
quẽ maleficiũ ꝑtineret, tamẽ ipſe apertũ ſuũ ſcelus ante oĩm oculos poneret. Alter (ſi diis
immortalibꝰ placet) teſtimoniũ etiã in Sex. Roſciũ dicturus eſt. quaſi vero id nũc agať, vtrũ
is qđ dixerit, credendũ, an qđ fecerit, vindicandũ ſit. Itaq; more maiorꝝ comparatũ eſt, vt in
minimis rebus hoĩes ampliſſimi teſtimoniũ de ſua re nõ diceret. Aphricanꝰ, q ſuo cognomi Aphrica-
ne declarat, tertiã partẽ orbis terrarũ ſe ſubegiſſe, tamẽ ſi ſua res ageretur, teſtimoniũ nõ di nus.
ceret. nam illud in talem virũ nõ audeo dicere: ſi diceret, nõ crederet. Videte nũc q̃ verſa &
mutata in peiorẽ partẽ ſint oĩa. cum de bonis & de cæde agatur, teſtimoniũ dicturus eſt is,
qui & ſector eſt, & ſicarius: hoc eſt, qui & illorũ ipſorũ bonorꝝ de qbus agiť, emptor, atq; poſ
ſeſſor eſt: & eum hominẽ occidendũ curauit, de cuius morte quæriť. Quid tu vir optime? ec
quid habes qđ dicas? mihi auſculta, vide ne tibi deſis, tua quoq; res ꝑmagna agiť. multa ſce
lerate, multa audacter, multa improbe feciſti: vnũ ſtultiſſime, ꝓfecto tua ſpõte, non de Erucii
ſentẽtia, nihil opus fuit te iſti credere. neq; eñ accuſatore muto, neq; teſte quiſq̃ vtiť eo, qui
de accuſatoris ſubſellio ſurgit. Huc accedit, ꝙ paulo tamen occultior atq; tectior veſtra iſta
cupiditas eſſet: nũc qd eſt, qđ quiſq̃ ex vobis audire deſideret? cũ quę facitis, eiuſmodi ſint, vt
ea dedita opera a vobis cõtra voſmetipſos facere videamini. Age nũc, illa videamus Iudices, Dedita
quæ ſtatim cõſecuta ſunt. ad Volaterras in caſtra L. Syllæ, mors Sex. Roſcii quatriduo, quo opera.
is occiſus eſt, Chryſogono nunciať. quęriť etiã nũc quis eũ nũciũ miſerit. nõne ꝑſpicuũ eſt,
eundẽ q Ameriã? Curat Chryſogonus, vt eius bona veneãt ſtatim, qui nõ norat hominẽ aut
rem. at qui ei venit in mentẽ prædia cõcupiſcere hominis ignoti, quẽ omnino nũq̃ viderat?
Soletis, cũ aliquid huiuſcemodi auditis Iudices, cõtinuo dicere: neceſſe eſt aliquẽ dixiſſe mu
nicipem, aut vicinũ. ii plerũq; indicãt, per eos pleriq; ꝓdunť. Hic nihil eſt ꝙ ſuſpitionẽ hoc
putetis. non eñ ego ita diſputabo: veriſimile eſt, Roſcios iſtã rem ad Chryſogonũ detuliſſe:
erat eñ eis cũ Chryſogono iam antea amicitia. nã cũ multos vetereis a maioribꝰ Roſcii pa
tronos hoſpiteſq; haberẽt, oĩneis eos colere atq; obſeruare deſtiterũt, ac ſe in Chryſogoni fi
dẽ & cliẽtelã cõtulerũt. hęc poſſum oĩa vere dicere. ſed in hac cauſa cõiectura nihil opus eſt.
ipſos certo ſcio nõ negare, ad hæc bona Chryſogonũ acceſſiſſe impulſu ſuo. Si eũ, qui indi-
cii partẽ acceperit, oculis cernetis, poteritis ne dubitare Iudices q indicarit? Qui ſunt igitur
in iſtis bonis, qbus partem Chryſogonus dederit? duo Roſcii. nũ quiſnam præterea? nemo eſt
Iudices. nũ ergo dubiũ eſt, quin ii obtulerint hãc prædã Chryſogono, qui ab eo partẽ prædę
tulerũt? Age nũc ex ipſius Chryſogoni iudicio Roſciorũ factum cõſideremus. Si nihil in iſta
pugna Roſcii, qđ operæꝓciũ eſſet, fecerãt, quã ob cauſam a Chryſogono tãtis pręmiis dona
banť? Si nihil aliud fecerũt, niſi rẽ detulerũt, nõne ſatis fuit his gratias agi? deniq;, vt ꝑlibe
raliter agereť, honoris aliqd haberi? cur tria prędia, tãtæ ꝑcuniæ, ſtatim Capitoni danť? cur
quę reliqua ſunt, iſte Roſcius oĩa cũ Chryſogono cõmuniter poſſidet? nõne ꝑſpicuũ eſt Iu
dices has manubias Roſciis Chryſogonũ re cognita cõceſſiſſe? Venit in decẽ primis legatus Manubiæ.
in caſtra Capito. totã vitã, naturã, moreſq; hoĩs ex ipſa legatione cognoſcite. niſi intellexeri
tis Iudices nullũ eſſe officiũ, nullũ ius, tam ſanctũ, atq; integrũ, qđ nõ eiuſce vis atq; ꝑfidia
violarit, & imminuerit, virũ optimũ eſſe eũ iudicatote. Impedimẽto eſt quo minus de his re
bus Sylla doceať: cæterorũ legatorũ cõſilia, & voluntatẽ Chryſogono enũciat: monet, vt ꝓ-
uideat, ne palam res agatur: oſtendit, ſi ſublata ſit venditio bonorũ, illum ꝑcuniã grandem

amiſſurum,ſeſe capitis periculū aditurū: illum acuere,hos qui ſimul erant miſſi,fallere: illū
identidē monere,vt caueret,hiſce inſidioſe ſpem falſam oſtendere: cū illo cōtra hos inire cō
ſilia,horum conſilia illi enunciare:cum illo partē ſuam depaciſci, hiſce aliqua fretum hora
ſemper omnis aditus ad Syllam intercludere. Poſtremo iſto hortatore,auctore, interceſſo⸗
re ad Syllam legati non adierunt,iſtius fide, ac potius perfidia decepti, id quod ex ipſis co⸗
gnoſcere poteritis,ſi accuſator voluerit teſtimonium eis denunciare,pro re certa ſpem fal⸗
ſam domū retulerunt.In priuatis rebus ſi qui rem mandatā non modo malitioſius geſſiſſet,
ſui quæſtus aut cōmodi cauſa, verū etiā negligentius, eum maiores ſummū admiſiſſe dede⸗
Mandati eus exiſtimabāt.itaqꝫ mādati conſtitutū eſt iudiciū,nō minus turpe q̄ furti.credo propterea
iudicium. ꝙ quibus in rebus ipſi intereſſe nō poſſumus,in his operæ noſtræ vicaria fides amicorū ſup
ponitur.quā q lędit,oppugnat omniū cōmune præſidiū:& quantū in ipſo eſt,diſturbat vitę
„ ſocietatē.Nō eñ poſſumus omnia p nos agere,alius in alia eſt re magis vtilis.Idcirco amici
„ tiæ cōparant̄,vt cōmune cōmodū mutuis officiis gubernet̄. Quid recipis mādatū,ſi aut̄ ne
glecturus,aut ad tuū cōmodū cōuerſurus es?cur mihi te offers?ac meis cōmodis officio ſi⸗
mulato officis,& obſtas?recede de medio,per aliū tranſigā.Suſcipis onus officii, qđ te putas
ſuſtinere poſſe,qđ minime videt̄ graue iis,q minime ipſi leues ſunt.Ergo idcirco turpis hęc
Amicitia culpa eſt,ꝙ duas res ſanctiſſimas violat,amicitiā,& fidē.nā neqꝫ mandat quiſq̄ fere, niſi ami
& fides co:neqꝫ credit,niſi ei quē fidelem putat.Perditiſſimi eſt igitur hoīs ſimul & amicitiā diſſol⸗
duæ res uere,& fallere eum,q læſus non eſſet,niſi credidiſſet.Ita ne eſt?in minimis rebus,qui manda⸗
ſanctiſſimę tum neglexerit,turpiſſimo iudicio condemnet̄ neceſſe eſt.in re tāta, cū is,cui fama mortui,
Cōcreditꝰ. fortunæ viui cōmendatæ ſunt,atqꝫ cōcreditę,ignominia mortuū affecerit,is inter honeſtos
hoīes,atqꝫ adeo inter viuos numerabit̄?In minimis priuatiſqꝫ rebus etiā negligētia in crimē
mandati iudiciiqꝫ infamiā reuocat̄:propterea,ꝙ ſi recte fiat,illum negligere oporteat, q mā
darit,non illum,qui mandatum receperit.In re tanta,quæ publice geſta atqꝫ commiſſa ſit, q
non negligentia priuatum aliquod commodum lęſerit:ſed perfidia,legationis ipſius cerimo
niam polluerit,maculaqꝫ affecerit:qua is tandē pœna afficietur?aut quo iudicio damnabit̄?
Si hanc ei rem priuatim Sex.Roſcius mandauiſſet,vt cum Chryſogono tranſigeret,atqꝫ de
cideret,inqꝫ eam rem fidem ſuam,ſi quid opus eſſe putaret, interponeret:ille,qui ſeſe factu⸗
rum recepiſſet, nonne ſi ex eo negotio tantulū in rem ſuam conuertiſſet,damnatus per arbi
trum,& rem reſtitueret, & honeſtatem omnē amitteret?Nunc non hāc ei rem Sex.Roſcius
mandauit,ſed id quod multo grauius eſt,ipſe Sex.Roſcius cum fama,vita,boniſqꝫ omnibus
a decurionibus publice Roſcio mandatus eſt,& ex eo Titus Roſcius,non paulum neſcio qđ
in rem ſuam cōuertit,ſed hunc funditus euertit bonis:ipſe tria prædia ſibi depactus eſt, vo
Tātidem, luntatem decurionum ac municipum omnium tantidem quanti fidem ſuā fecit. Videte iā
quanti. porro cætera Iudices,vt intelligatis fingi maleficium nullum poſſe,quo iſte ſeſe non conta⸗
minarit.In rebus minoribus ſociū fallere turpiſſimū eſt,æqueqꝫ turpe,atqꝫ illud de quo ante
dixi,neqꝫ iniuria:propterea,ꝙ auxiliū ſibi ſe putat adiunxiſſe, q cum altero rē cōmunicauit.
Aīaduertē Ad cuiꝰ igit̄ fidē cōfugiet,cū per eius fidē lędit̄,cui ſe cōmiſerit?Atqui ea ſunt animaduer⸗
da peccata. tenda peccata maxime,quæ difficillime pręcauētur.tecti eſſe ad alienos poſſumꝰ.intimi mul
Socii fides ta apertiora videāt neceſſe eſt.ſociū vero cauere q poſſumꝰ?quē etiā ſi metuimꝰ,ius officii lę
Pro ſocio dimꝰ.Recte igit̄ maiores,eū q ſociū fefelliſſet,ī viroꝝ bonoꝝ nūero nō putarūt haberi opor
iudicium. tere.At vero T.Roſcius nō vnū rei pecuniarię ſociū fefellit(qđ tāetſi graue eſt,tamē aliquo
modo poſſe ferri videt̄) verū nouē hoīes honeſtiſſimos,eiuſdē muneris,legatiōis,officii,mā
datorumqꝫ ſocios,induxit,decepit,deſtituit, aduerſariis tradidit,omni fraude & perfidia fe
fellit,qui de eius ſcelere ſuſpicari nihil potuerunt,ſocium officii metuere non debuerunt,
eius malitiam nō viderūt,orationi vanæ crediderūt.Itaqꝫ nūc illi homines honeſtiſſimi,pro
pter iſtius inſidias parū putātur cauti,prouidiqꝫ fuiſſe.Iſte qui initio proditor fuit,deinde p
fuga:qui primo ſociorū conſilia aduerſariis enūciauit,deinde ſocietatem cum ipſis aduerſa
riis coiit,terret etiam nos,ac minatur,tribus prædiis,hoc eſt pręmiis ſceleris ornatꝰ.In eiuſ
modi vita Iudices,in his tot tātiſqꝫ flagitiis,hoc quoqꝫ maleficiū,de quo iudiciū eſt,reperie
tis.Etenim quærere ita debetis:vbi multa auare,multa audacter,multa improbe,multa per
fidioſe facta videtis,ibi ſcelus quoqꝫ latere,inter illa tot flagitia putatote. Tāetſi hoc quidē
minime latet,qđ ita promptū & propoſitū eſt,vt non ex illis maleficiis,quæ in illo conſtant
eſſe,hoc intelligatur,verum ex hoc etiam ſi quod illorum forte dubitatur, conuincatur.

Quid tandem queſo Iudices,num aut ille laniſta oīno iam a gladiatore ceſſiſſe videtur? aut is
diſcipulus magiſtro tantulum de arte cōcedere? Par eſt auaritia,ſimilis improbitas,eadē im=
pudentia,gemina audacia.Etenī q̄m fidē magiſtri cognoſtis,cognoſcite nūc diſcipuli ęquita
tem.Dixi iā antea ſępenumero, poſtulatos eſſe ab iſtis duos ſeruos in quęſtionē, tu ſemꝑ T.
Roſci recuſaſti.quęro abs te,ii ne,qui poſtulabāt,indigni erant qui impetrarēt? an iſte nō cō
mouebat,ꝓ quo poſtulabāt? an res ipa tibi iniqua videbat? Poſtulabāt hoīes †nobiliſſimi,at= †honeſtiſ=
q; integerrimi noſtrę ciuitatis,quos iā antea noīaui,qui ita vixerūt,taleſq; a populo Ro.pu ſimi.
tantur,vt quicq̄d dicerēt,nemo eſſet,qui nō ęquū putaret. Poſtulabant aūt ꝓ hoīe miſerri=
mo,atq; infeliciſſimo,qui vel ipſe ſeſe in cruciatū dari cuperet, dū de patris morte quęreret.
Res porro abs te eiuſmodi poſtulabatur,vt nihil intereſſet,vtrū eā rem recuſares, an de ma
leficio cōfiterere. Quę cū ita ſint,quęro abs te quā ob cauſam recuſaris? Cum occiditur Sex.
Roſcius,ibidē fuerunt. Seruos ipſos, q̄d ad me attinet,neq; arguo,neq; purgo. ꝙ a vobis op
pugnari video,ne in quęſtionē dentur,ſuſpitioſum eſt.ꝙ vero apud vos ipſos in honore tā
to ſunt,ꝑfecto neceſſe eſt ſciāt aliq̄d,q̄d ſi dixerint,ꝑnicioſum vobis futurum ſit.In domi=
nos quęri de ſeruis iniquū eſt.An ne quęritur? Sex.enī Roſcius reus eſt. Neq; enī cū de hoc
quęritur,vos †dominos eſſe dicitis.Cū Chryſogono ſunt.Ita credo, literis eoꝝ,& vrbanita †cū dn̄o.
te Chryſogonus ducit, vt inter ſuos omniū delitiarū atq; omniū artiū puerulos ex tot ele=
gantiſſimis familiis lectos, velit hos verſari hoīes ꝑne operarios ex Amerina diſciplina pa=
tris familię ruſticani.Nō eſt ita profecto Iudices,nō eſt veriſimile,vt Chryſogonus horū li=
teras adamarit,aut humanitatē: nō vt rei familiaris negotio diligentiā cognorit eoꝝ,& fi=
dem. eſt quiddā q̄d occultatur:q̄d quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur,& abſcōditur,eo ma=
gis eminet,& apparet.Quid igitur? Chryſogonus ſui maleficii occultādi cauſa quęſtionē de
his haberi nō vult? minime Iudices.nō in omneis arbitror oīa cōuenire.Ego in Chryſogo
no,q̄d ad me attinet,nihil eiuſmodi ſuſpicor, neq; hoc mihi nūc primū in mentē venit dice In mētē ve
re.Meminiſtis me ita diſtribuiſſe initio cauſam:in crimē,cuius tota argumētatio ꝑmiſſa Eru nit dicere.
cio eſt:& in audaciā,cuius partes Roſciis impoſitę ſunt.quicq̄d maleficii,ſceleris,cędis erit, Memini=
proprium id Roſcioꝝ eſſe debebit:nimiam gratiā,potentiāq; Chryſogoni dicimus,& nobis ſtis diſtri=
obſtare,& ꝑferri nullo modo poſſe:& a vobis,quoniā poteſtas data eſt,nō modo infirma= buiſſe.
ri,verū etiam vindicari oportere.Ego ſic exiſtimo,qui quęri velit ex iis,quos cōſtat cū cędes
facta ſit,affuiſſe,eū cupere verū inuenire.Qui recuſet:eū profecto tametſi verbo nō audeat,
tamē re ipſa de maleficio ſuo cōfiteri.Dixi initio Iudices, nolle me plura de iſtorū ſcelere di
cere,q̄ cauſa poſtularet,ac neceſſitas ipſa cogeret.Nā & multę res afferri poſſunt,& vnaquę
q; earū multis cū argumentis dici poteſt. Verū ego q̄d inuitus,ac neceſſario facio,neq; diu,
neq; diligenter facere poſſum:quæ pręteriri nullo modo poterant,ea leuiter Iudices attigi:
quæ poſita ſunt in ſuſpitionibus,de q̄bus ſi cœpero dicere,pluribus verbis ſit differendū,ea
veſtris īgeniis cōiecturęq; cōmitto. Venio nūc ad illud nomē aureū Chryſogoni,ſub quo
noīe tota ſocietas ſtatuitur:de quo Iudices neq; quomodo dicā,neq; quomodo taceā reperi=
re poſſum.Si enī taceo,vel maximā partē relinquo. Sin autē dico,vereor ne nō ille ſolus(id
q̄d ad me nihil attinet)ſed alii quoq; plures læſos ſe eſſe putent.Tametſi ita ſe res habet,vt
mihi in cōmunē cauſam ſectoꝝ dicendum nihil magnoꝑe videatur.Hęc enī cauſa noua ꝓ Sectores.
fecto & ſingularis eſt,bonorū Sex.Roſcii emptorē Chryſogonū.Primū hoc videamꝰ,eiꝰ ho
minis bona qua rōne venierūt,aut quomodo venire potuerūt.Atq; hoc nō ita quęrā Iudi= Venire.i.
ces,vt id dicā eſſe indignū,hoīs innocentis bona veniſſe. Si enī hęc audiētur,ac libere dicen vendi.
tur,nō fuit tātus homo Sex.Roſcius in ciuitate,vt de eo potiſſimū cōqueramur. Verū ego
hoc quęro,qui potuerūt iſta ipſa lege,quę de ꝓſcriptione eſt,ſiue Valeria eſt,ſiue Cornelia:
non enī noui,nec ſcio.verū iſta ipſa lege bona Sex.Roſcii venire qui potuerunt? Scriptū enī
ita dicūt eē,vt eoꝝ bona veneāt,qui proſcripti ſunt.quo in numero Sex. Roſcius nō eſt.aut
eorū,qui in aduerſariorū pręſidiis occiſi ſunt. Dū pręſidia vlla fuerūt,in Syllę pręſidiis fuit:
poſteaq̄ ab armis receſſerunt,in ſummo otio rediēs a cœna Romæ occiſus eſt. Si lege,bona
quoq;,lege veniſſe fateor.Sin aūt cōſtat,cōtra omneis nō modo veteres leges,verū etiam no
uas occiſum eſſe,bona quo iure,aut quomodo,aut qua lege venierint,quęro. In quē hoc di
cā quęris Eruci? nō in eum quē vis,& putas.Nā Syllam & oratio mea ab initio, & ipſius exi
mia virtus omni tꝑe purgauit.Ego hęc oīa Chryſogonū feciſſe dico,vt emētiretur,vt malū Ementiri.
ciuē Roſcium fuiſſe fingeret,vt eū apud aduerſarios occiſum eſſe diceret,vt hiſce de rebus

a legatis Amerinorũ doceri L.Syllã paſſus nõ ſit.Deniq; etiã illud ſuſpicor,omnino hęc bona nõ veniſſe:id qđ poſtea,ſi ꝑ vos Iudices licitũ erit,aꝑrietur.Opinor eñ eẽ in lege,quã ad diẽ ꝓſcriptiones vẽditioneſq; fiant.nimirũ Calen.Iunias.Aliquot poſt mẽſes & homo occiſus eſt,& bona veniſſe dicũtur.Profecto aut hęc bona in tabulas publicas nullas redierunt,noſq; ab iſto nebulone faceti⁹ eludimur,q̃ putamus:aut ſi redierũt,tabulæ publicę corruptę aliqua rõne ſunt.Nã lege quidẽ bona venire nõ potuiſſe cõſtat.Intelligo me ante tẽpus Iudices hęc ſcrutari,& ꝓpemodum errare,qui cũ capiti Sex. Roſcii mederi debeã,†reduuiã curem.Nõ.n.laborat de pecunia,nõ vllius rationẽ ſui cõmodi ducit,facile egẽſtatẽ ſuã ſe laturum putat,ſi hac indigna ſuſpitione,& ficto crimine liberatus ſit.Verũ quæſo a vobis Iudices,vt hęc pauca quę reſtant,ita audiatis,vt partim me dicere ꝓ me ipſo putetis, partim ꝓ Sex.Roſcio.Quę.n.mihi ipſi ĩdigna,& ĩtolerabilia vidẽtur,quæq; ad oẽs,niſi ꝓuidem⁹,arbitror ꝑtinere,ea ꝓ me ipõ,& animi mei ſenſu,ac dolore ꝓnũcio.Quę ad huius vitę caſum,cauſamq; ꝑtineãt,& quid hic ꝓ ſe dici velit,& qua cõditione cõtentus ſit,iã in extrema oratione noſtra Iudices audietis. Ego hęc a Chryſogono mea ſpõte remoto Sex.Roſcio quæro.Primũ quare ciuis optimi bona venierint?Deinde quare hoĩs eius,q neq; apud aduerſarios occiſus eſt,bona venierint,cũ ĩ eos ſolos lex ſcripta ſit?Deĩde quare aliquãto poſt eã diẽ venierint,quę dies lege p̃finita eſt?Deinde cur tãtulo venierĩt?Quę oĩa,ſi quẽadmodũ ſolẽt liberti nequã,& ĩprobi facere,in patronũ ſuũ voluerit cõferre,nihil egerit. nemo eſt eñ qui neſciat, ꝓpter magnitudinẽ rerũ multa multos,partim cõniuẽte,ꝑtim ĩprudẽte L.Sylla cõmiſiſſe. Placet igit̃ ĩ his reb⁹ aliqđ ĩprudẽtia p̃teriri?nõ placet Iudices,ſed neceſſe eſt.Eteñ ſi Iupiter Optimus Maximus,cuius nutu,& arbitrio cælũ, terra,mariaq; regũtur,ſępe ventis vehemẽtioribus,aut immoderatis tẽpeſtatibus,aut nimio calore,aut intolerabili frigore hominibus nocuit,vrbes deleuit,fruges ꝑdidit,quoꝝ nihil ꝑnicii cauſa diuino cõſilio,ſed vi ipſa,& magnitudine rerũ factũ putamus:at cõtra,cõmoda quibus vtimur, lucẽq; qua fruimur,ſpũmq; quem ducimus,ab eo nobis dari atq; impartiri videmus:quid miramur L. Syllam,cũ ſolus Remp.regeret,orbẽq; terrarũ gubernaret,imꝑiiq; maieſtatẽ,quã armis receperat,legibus cõfirmaret,aliqua aĩaduertere non potuiſſe?niſi hoc mirũ eſt, qđ vis diuina aſſequi nõ poſſit,ſi id mens humana adepta nõ ſit.Verũ vt hæc miſſa faciã, quę iam facta ſunt,ex iis quę nũc maxime fiunt,nõne quiuis poteſt intelligere,omniũ architectum, & machinatorem vnum eſſe Chryſogonũ,qui Sex.Roſcii nomẽ deferendum curauit?hoc iudicium,cuius honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius.

†rediuiam
Alii rẽ diuinã leg.

Ex Gellio.

Miſſa faciam.

DESVNT NON PAVCA.

aptã,& ratione diſpoſitã ſe habere exiſtimãt, qui in Salentinis aut in Brutiis habent,vnde vix ter in anno audire nũciũ poſſunt.Alter tibi deſcẽdit de palatio,& ędibus ſuis:habet animi cauſa rus amœnũ,& ſuburbanum, plura pręterea prędia,neq; tñ vllũ niſi pręclarũ,& ꝓpinquum:domus referta vaſis Corinthiis & Deliacis,in quibus eſt Authepſa illa,quã tanto precio nuper mercatus eſt,vt qui pręterëuntes precium enumerare audiebãt, fundũ venire arbitrarentur.Quid pręterea cælati argenti?quid ſtragulę veſtis?quid pictarum tabularum?quid ſignorum?quid marmoris apud illũ putatis eſſe? Tantum ſcilicet,quãtũ e multis ſplẽdidiſq; familiis,in turba & rapinis coaceruari vna in domo potuit. Familiã vero quantã,& q̃ variis cũ artificiis habeat,quid ego dicã?Mitto haſce arteis vulgares,coquos, piſtores,lecticarios:animi & auriũ cauſa tot hoĩes habet,vt quotidiano cantu vocum, & neruorũ,& tibiarum,nocturniſq; conuiuiis tota vicinitas ꝑſonet.In hac vita Iudices quos ſumpt⁹ quotidianos,quas effuſiones fieri putatis?Quę vero cõuiuia?honeſta credo in eiuſmodi domo:ſi domus hæc habenda eſt potius,q̃ officina nequitię,& diuerſorium flagitiorum omnium. Ipſe vero quẽadmodũ compoſito, & delibuto capillo paſſim ꝑ forum volitet cum magna caterua togatorum,videtis Iudices.Etiam videtis Iudices,vt omnes deſpiciat,vt hominem pręſe neminẽ putet,vt ſe ſolũ beatũ,ſolũ potentẽ putet.Quę vero efficiat,& quę conetur,ſi velim cõmemorare,vereor Iudices,ne qs imꝑitior exiſtimet,me cauſam nobilitatis victoriãq; voluiſſe lędere.tãetſi meo iure poſſum,ſi qđ ĩ hac parte mihi nõ placeat, vituꝑare.Nõ eñ vereor ne qs alienũ me aĩm habuiſſe a cauſa nobilitatis exiſtimet.Sciũt ii,qui me norũt,me ꝓ illa tenui infirmaq; parte,poſteaq̃ id qđ maxime volui, fieri non potuit,vt cõponeretur,id maxime defendiſſe,vt ii vincerent,q vicerunt.Quis eñ erat,qui nõ videret, humilitatem cum dignitate de amplitudine cõtendere?Quo in certamine ꝑditi ciuis erat,non ſe

Audire nũcium.

Vaſa Corinthia & Deliaca.
Authepſa.

Officina nequitię.
Delibutus capillus.

ad eos iungere, qbus incolumibus, & domi dignitas, & foris auctoritas retineret. Quę perfe-
cta eſſe, & ſuū cuiqꝫ honorē & gradū redditū, gaudeo Iudices, vehemēterqꝫ lętor: eaqꝫ omnia
deoꝝ voluntate, ſtudio populi Romani, cōſilio, & imꝑio, & felicitate L. Syllę geſta eſſe in-
telligo. Qꝫ animaduerſum eſt in eos, qui cōtra omni rōne pugnarūt, nō debeo reprehēdere:
ꝙ viris fortibus, quoꝝ opera eximia in rebus gerēdis extitit, honos habitꝰ eſt, laudo. Quæ
vt fierent, idcirco pugnatū eſſe arbitror, meqꝫ in eo ſtudio partiū fuiſſe confiteor. Sin aūt id
actū eſt, & idcirco arma ſumpta ſunt, vt homines poſtremi, ꝑcuniis alienis locupletarētur,
& in fortunas vniuſcuiuſqꝫ impetū facerent, & id nō modo re ꝓhibere nō licet, ſed ne verbis
quidē vituperare, tū vero in iſto bello nō recreatus, neqꝫ reſtitutus, ſed ſubactus, oppreſſuſqꝫ
populus Romanus eſt. Verū longe aliter eſt, nihil horū eſt Iudices: nō modo nō lędetur cau
ſa nobilitatis, ſi iſtis hoībus reſiſtetis, verū etiā ornabitur. Etenī qui hęc vituperare volunt,
Chryſogonū tantū poſſe querūtur. qui laudare volūt, cōceſſum ei nō eſſe cōmemorāt. Ac iā
nihil eſt qđ quiſq̄ aut tam ſtultus, aut tam improbus ſit, qui dicat, vellē quidem liceret, hoc
dixiſſem: dicas licet. hoc feciſſem. facias licet, nemo prohibet. hoc decreuiſſem. decerne, modo
recte, omnes approbabūt. hoc iudicaſſem: laudabūt oēs, ſi recte & ordine iudicaris. Dū ne-
ceſſe erat, reſqꝫ ipſa cogebat, vnus oīa poterat. qui poſteaq̄ magiſtratus creauit, legeſqꝫ cōſti-
tuit, ſua cuiqꝫ procuratio, auctoritaſqꝫ eſt reſtituta. Quā ſi retinere volūt ii, q receꝑūt, in ꝑ
ꝑtuū poterūt obtinere. Sin has cędes, & rapinas, & hos tātos, tāqꝫ profuſos ſumptus aut fa
cient, aut approbabūt, nolo in eos grauius quicq̄, ne hoīs quidē cauſa, dicere. Vnū hoc dico,
noſtri iſti nobiles, niſi vigilātes, & boni, & fortes, & miſericordes erūt, iis hoībꝰ, in qbus hęc
erūt, ornamēta ſua cōcedāt neceſſe eſt. Quapropter deſinant aliqn̄ dicere, male aliquē locutū
eſſe, ſi quis vere ac libere locutus ſit: deſināt ſuā cauſam cum Chryſogono cōmunicare: deſi
nāt, ſi ille lęſus ſit, de ſe aliqd detractū arbitrari: videāt ne turpe, miſerūqꝫ ſit, eos q equeſtrē
ſplendorē pati nō potuerūt, ſerui nequiſſimi dominationē ferre poſſe. Quę quidē dn̄atio Iu-
dices in aliis rebus antea verſabat̄: nūc vero quā viā munitet, qđ iter affectet, videtis: ad fi- Munito.
dem, ad iuſiurandū, ad iudicia veſtra, ad id, qđ ſolum ꝓpe in ciuitate ſyncerū, ſanctūqꝫ reſtat.
Hic ne etiam ſeſe putat aliqd poſſe Chryſogonus? hic etiā potēs eſſe vult? O rem miſerā atqꝫ
acerbam. Neqꝫ mehercules hoc indigne fero, ꝙ verear, ne qd poſſit: verum ꝙ auſus eſt, ꝙ ſpe
rauit ſeſe apud tales viros aliqd ad ꝑniciē poſſe innocētis, id ipſum queror. Idcirco ne ex- Experrecta
ꝑrecta nobilitas armis atqꝫ ferro Remp. recuꝑauit, vt ad libidinē ſuā liberti ſeruuliqꝫ no- nobilitas.
biliū, bona, fortunas veſtras, noſtraſqꝫ vexare poſſent? Si id actū eſt, fateor me erraſſe, qui hoc
maluerim: fateor inſaniſſe, qui cū illis ſenſerim. tametſi inermis Iudices ſenſi. Sin aūt victoria
nobiliū ornamēto, atqꝫ emolumēto Reip. populoqꝫ Romano debet eē, tū vero optimo, & no
biliſſimo cuiqꝫ meā orationē grauiſſimā eē oportet. Qꝫ ſi quis eſt, qui, & ſe, & cauſam lędi pu
tet, cū Chryſogonus vituperetur, is cauſam ignorat, ſe ipſum ꝓpe nō nouit. Cauſa enī ſplen
didior fiet, ſi nequiſſimo cuiqꝫ reſiſtetur. Ille improbiſſimus Chryſogoni fautor, qui ſibi cū
illo rōnem cōmunicatā putat, lęditur, cū ab hoc ſplendore cauſę ſeparatur. Verū hęc omnis
oratio (vt iā ante dixi) mea eſt, qua me vti Reſpu. & dolor meus, & iſtoꝝ iniuria coegit. Sed
Roſcius hoꝝ nihil indignū putat, neminē accuſat, nihil de ſuo patrimonio queritur, putat
homo imperitus morū, agricola, & ruſticus, iſta oīa, quę vos per Syllā geſta eſſe dicitis, mo-
re, lege, iure gentiū, facta. culpa liberatus, & crimine nefario ſolutus, cupit a vobis diſcedere.
ſi hac indigna ſuſpitiōe careat, aīo ęquo ſe carere ſuis oībus cōmodis dicit. rogat, oratqꝫ te
Chryſogone, ſi nihil de patris fortunis ampliſſimis in ſuā rem cōuertit, ſi nulla in re te frau
dauit, ſi tibi optima fide ſua omnia cōceſſit, adnumerauit, appendit, ſi veſtitū, quo ipſe tectꝰ
erat, annulūqꝫ dedit, os ſuū tibi tradidit, ſi ex oībus rebus ſe ipm nudū, neqꝫ pręterea quicq̄ Os tradere
excepit, vt ſibi per te liceat innocēti amicoꝝ opibus vitam in egeſtate degere. Pręդia mea tu
poſſides, ego aliena miſericordia viuo: cōcedo, & ꝙ animus æquus eſt, & qa neceſſe eſt. mea
domus tibi patet, mihi clauſa eſt: fero. familia mea maxima vteris, ego ſeruū habeo nullum:
patior, & ferendū puto. Quid vis amplius? quid inſequeris? quid oppugnas? qua in re tuā vo
luntatē lędi a me putas? vbi tuis cōmodis officio? quid tibi obſto? Si ſpoliorū cauſa vis homi
nē occidere, ſpoliaſti. Quid queris amplius? Si inimicitiarū: quę ſunt tibi inimicitię cū eo, cu
ius antea prædia poſſediſti, q̄ ipſum cognoſti? Sin metuis: ab eo ne aliquid metuis, quē vides
ipſum ab ſeſe tā atrocem iniuriā propulſare nō poſſe? Sin ꝙ bona, quę Roſcii fuerūt, tua fa-
cta ſunt, idcirco hūc illius filiū ſtudes perdere, nōne oſtendis id te vereri, qđ pręter cæteros

tu metuere nõ debeas,nequãdo liberis ꝓſcriptorũ bona patria reddant̃!Facis iniuriã Chry
ſogone,ſi maiorẽ ſpem emptionis tuę,in huius exitio ponis,q̃ in his rebus quas L.Sylla geſ=
ſit.Qꝫ ſi tibi cauſa nulla eſt cur hũc miſerũ tãta calamitate affici velis: ſi tibi omnia ſua prę
ter animã tradidit,nec ſibi quicq̃ paternũ,ne monumẽti quidẽ cauſa reſeruauit: p deos im=
mortales quę iſta tãta crudelitas eſt!quæ tam fera immaniſq; natura! Quis vnq̃ prædo fuit
tã nefarius!quis pirata tam barbarus!vt cũ integrã prędã ſine ſanguine habere poſſet,cruẽ=
ta ſpolia detrahere mallet!Scis hunc nihil habere,nihil audere,nihil poſſe, nihil vnq̃ cõtra
rem tuã cogitaſſe:& tamẽ oppugnas eum,quẽ neq; metuere potes,neq; odiſſe debes,nec q̃cq̃
habere iã reliqui vides,qđ ei detrahere poſſis. niſi hoc indignum putas, ꝙ veſtitum ſedere
in iudicio vides,quem tu e patrimonio tanq̃ e naufragio nudũ expuliſti. Quaſi vero neſcias
Cęcilia. hunc & ali & veſtiri a Cęcilia Balearis filia,Nepotis ſorore,ſpectatiſſima fœmina:quæ cum
patrẽ clariſſimũ,ampliſſimos patruos,ornatiſſimũ fratrẽ haberet,tamẽ, cũ eſſet mulier,vir=
tute perfecit,vt quãto honore ipſa ex illorꝫ dignitate afficeretur, nõ minora illis ornamen=
ta ex ſua laude redderet.An ꝙ diligenter defenditur,id tibi indignum facinus videtur! Mi=
hi crede,ſi pro patris eius hoſpitiis,& gratia vellent omnes huius hoſpites adeſſe,& aude=
rent libere defendere,ſatis copioſe defenderetur.Sin autem pro magnitudine iniuriæ,proq;
eo,ꝙ ſumma Reipu.in huius periculo tentatur, hæc omnes vindicarent,conſiſtere meher=
cule vobis iſto in loco nõ liceret.Nunc ita defenditur,nõ ſane vt moleſte ferre aduerſarii de
beant,neq; vt ſe potentia ſuperari putent.Quæ domi gerẽda ſunt,ea per Cęciliam tranſigũ
tur:fori iudiciiq; rõnem Meſſala,vt videtis Iudices,ſuſcepit. qui ſi iã ſatis ętatis atq; robo=
ris haberet:ipſe pro Sex.Roſcio diceret.Quoniã ad dicẽdum impedimẽto eſt ętas, & pudor,
qui ornat ętatem,cauſam mihi tradidit,quẽ ſua cauſa cupere,ac debere intelligebat. Ipſe aſ
ſiduitate,cõſilio,auctoritate,diligẽtia perfecit,vt Sex.Roſcii vita erepta de manibus ſectorꝫ,
ſentẽtiis iudicum permitteretur. Nimirũ Iudices pro hac nobilitate pars maxima ciuitatis
in armis fuit:hęc acta res eſt,vti nobiles reſtituerẽtur in ciuitatẽ: qui hoc facerent,qđ face=
re Meſſalam videtis:qui caput innocẽtis defenderent:qui iniurię reſiſterent:qui quantũ poſ
Laborarẽt ſent,in ſalute alterius,q̃ in exitio mallent oſtẽdere. Qđ ſi omnes qui eodẽ loco nati ſunt,fa=
ex inuidia. cerent,& Reſp.ex illis,& ipſi ex inuidia minus laborarẽt. Verũ ſi a Chryſogono Iudices non
impetramus,vt pecunia noſtra cõtentus ſit,vitã ne petat:ſi ille adduci nõ poteſt,vt cum ade
merit nobis omnia,quę noſtra erãt propria,ne lucẽ quoq; hanc,quę cõmunis eſt, eripere cu
piat:ſi nõ ſatis habet auaritiam ſuam pecunia explere,niſi etiam crudelitate ſanguinis præ=
ditus ſit: vnũ perfugium Iudices,vna ſpes reliqua eſt Sex.Roſcio,eadẽq; Reip. veſtra priſti=
na bonitas,& miſericordia:quæ ſi manet,ſalui etiam nunc eſſe poſſumus. Sin ea crudelitas,
quę hoc tẽpore in Rep.verſata eſt,veſtros quoq; animos(id qđ fieri ꝓfecto nõ poteſt)durio
Actum eſt. res,acerbioreſq; reddidit,actũ eſt Iudices,inter feras ſatius eſt ętatem degere,q̃ in hac tanta
immanitate verſari.Ad eã ne rem vos reſeruati eſtis!ad eam ne rem delecti!vt eos cõdemna
Imperatorꝫ retis,quos ſectores,ac ſicarii iugulare nõ potuiſſent!Solẽt hoc boni imperatores facere,cum
ĩ acie mos. pręliũ cõmittunt,vt in eo loco,quo fugã hoſtiũ fore arbitrẽtur, milites collocent:in quos,
ſi qui ex acie fugerint,de improuiſo incidant. Nimirũ ſimiliter arbitrãtur iſti bonorꝫ empto
res,vos hic tales viros ſedere,qui excipiatis eos,qui de ſuis manibus effugerint. Dii prohi=
Cõſiliũ pu beant Iudices,vt hoc,qđ maiores conſilium publicũ vocari voluerũt, pręſidiũ ſectorũ exiſti
blicum. metur.An vero Iudices vos nõ intelligitis,nihil aliud agi,niſi vt proſcriptorꝫ liberi quauis
rõne tollãtur!& eius rei initiũ in veſtro iureiurando,atq; in Sex.Roſcii periculo quæri!Du=
bium eſt ad quẽ maleficium pertineat, cum videatis ex altera parte ſectorẽ,inimicum,ſicari=
um,eundẽq; accuſatorem hoc tẽpore,ex altera parte egentẽ,probatũ ſuis filium, in quo nõ
modo culpa nulla,ſed ne ſuſpitio quidẽ potuit conſiſtere!Nunquid hic aliud videtis obſta=
re Roſcio, niſi ꝙ patris bona venierũt! Qꝫ ſi id vos ſuſcipitis,& eadẽ in re operã veſtrã pro
fitemini:ſi idcirco ſedetis,vt ad vos adducantur eorꝫ liberi,quorꝫ bona venierunt:cauete p
deos immortales Iudices,ne noua,& multo crudelior per vos proſcriptio inſtaurata eſſe vi=
deatur.Illam priorem,quę facta eſt in eos,qui arma capere potuerũt, tamẽ ſenatus ſuſcipere
noluit,ne quid acrius q̃ more maiorũ cõparatũ eſt,publico conſilio factũ videretur. Hãc ve
ro quę ad eorum liberos, atq; ad infantium puerorꝫ incunabula pertinet, niſi hoc iudicio a
vobis reiicitis,& aſpernamini,videte per deos immortales,quẽ in locũ Remp.peruenturam
putetis.Homines ſapiẽtes,& iſta auctoritate, & poteſtate præditos,qua vos eſtis, ex quibus

rebus maxime Reſp.laborat,iis maxime mederi cõuenit.Veſtrũ nemo eſt,quin intelligat po
pulũ Romanũ,qui quondã in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur,hoc tẽpore domeſtica crude-
litate laborare. Hanc tollite ex ciuitate Iudices, hãc pati nolite diutius in hac Rep.verſari,
quę non mõ id habet in ſe mali,ꝙ tot ciues atrociſſime ſuſtulit, verũ etiã hoĩbus leniſſimis
ademit miſericordiã conſuetudine incõmodorum. Nã cum omnibus horis aliquid atroci-
ter fieri videmus,aut audimus:etiam,qui natura mitiſſimi ſumus,aſſiduitate moleſtiarum
ſenſum omnẽ humanitatis ex animis amittimus.

Deſit fortaſſe quippiam.

## PRO Q.ROSCIO COMOEDO,ORATIO.III.

Multa,quæ deſunt,quærenda.

Malitiam naturę,crederetur is ſcilicet vir optimus,& ſingulari fide prędit⁹,qui ſuo iudicio
ſuis tabulis teſtibus vti conat̃.Solẽt fere dicere qui per tabulas hoĩes citi pecuniã expẽ-
ſam tulerunt.ego ne talem virũ corrumpere potui, vt mea cauſa falſum in codicẽ referret? Q. mox.
Expecto q̃ mox Cherea hac oratione vtatur.Ego ne hanc manũ plenã perfidię, & hos digi-
tos meos impellere potui,vt falſum perſcriberẽ nomẽ? Q. ſi ille ſuas ꝓferet tabulas,proferet
ſuas quoq; Roſcius:erit in illius tabulis hoc nomẽ:at huius nõ erit:cur potius illius,q̃ hu-
ius crederetur?ſcripſiſſet ille:ſi nõ iuſſu huius expẽſum tuliſſet?nõ ſcripſiſſet hic, qđ ſibi ex- Ferre expẽ
pẽſum ferre iuſſiſſet? Nã quẽadmodum turpe eſt ſcribere,qđ nõ debeat:ſic improbũ eſt nõ re ſum.
ferre,qđ debeas.ęque eñ tabulę cõdemnãtur eius,qui verũ nõ retulit:& eius,qui falſum per
ſcripſit. Sed ego copia & facultate cauſę cõfiſus vide quo progrediar.Si tabulas C.Fannius Tabulę ac-
accepti,& expenſi profert ſuas,in ſuã rem, ſuo arbitratu ſcriptas,quo minus ſecundũ illum cepti & ex
iudicetis,nõ recuſo.qs hoc frater fratri,quis parẽs filio tribuit,vt quodcũq; retuliſſet,id ra penſi.
tum haberet? ratũ habebit Roſcius,profer. qđ tibi fuerit perſuaſum, huic erit ꝑſuaſum:qđ
tibi fuerit probatũ,huic erit ꝓbatũ. Paulo ante M.Perpenna P.Saturi tabulas poſcebamus:
nunc tuas C.Fannii Cherę ſolius flagitamus,& quo minus ſecũdum eas lis detur,nõ recu- Secũdũ ta-
ſamus.Quid ita nõ profers?nõ cõficit tabulas? immo diligẽtiſſime.non refert parua noĩa in bulas litẽ
codices?immo omneis ſummas.leue,& tenue hoc nomẽ HS.CCCLIII.ſunt?quomodo tibi tã dari.
ta pecunia extraordinaria iacet? quomodo HS.CCCLIII.in codice accepti,& expẽſi nõ ſunt?
Pro dii immortales,eſſe ne quenq̃ tanta audacia prędità,qui qđ nomẽ referre in tabulas ti-
meat,id petere audeat?qđ in codicem iniuratus referre noluit,id iurare in litem nõ dubitet?
qđ ſibi probare nõ poſſit,id perſuadere alteri conetur?Nimiũ cito,ait me indignari de tabu-
lis,nõ habere ſe hoc nomẽ in codice accepti,& expenſi relatũ cõfitetur,ſed in aduerſariis pa Aduerſa-
tere cõtẽdit.Vſq; eo ne te diligis,& magnifice circũſpicis,vt pecuniã nõ ex tuis tabulis, ſed ria.
aduerſariis petas?ſuũ codicem teſtis loco recitare arrogãtię eſt:ſuarũ perſcriptionũ,& litura
rum aduerſaria proferre nõ amentia eſt?Q. ſi eandẽ vim,diligentiã,auctoritatẽq; habent ad
uerſaria,quã tabulę,quid attinet codicẽ inſtituere?cõſcribere?†ordinem cõſeruare?memorię †ordinare.
tradere literarũ vetuſtatẽ? Sed ſi ꝙ aduerſariis nihil credimus, idcirco codicẽ ſcribere inſti-
tuimus,qđ etiam apud omneis leue,& infirmũ eſt, id apud iudicẽ graue & ſanctũ eſſe duce
tur? Quid eſt,ꝙ negligenter ſcribamus aduerſaria? quid eſt ꝙ diligenter conficiamus tabu-
las?qua de cauſa?quia hęc ſunt menſtrua,illę ſunt æternę:hęc delentur ſtatim,illę ſeruantur
ſancte:hæc parui tẽporis memoriã,illę perpetuę exiſtimationis fidẽ,& religionẽ amplectunt̃:
hęc ſunt deiecta,illę in ordinẽ confectę.itaq; aduerſaria in iudiciũ protulit nemo, codicẽ ꝓ-
tulit,tabulas recitauit.Tu C.Piſo tali fide,virtute,grauitate,auctoritate ornatus,ex aduer
ſariis pecuniam petere non auderes.Ego quę clara ſunt conſuetudine,diutius dicere non de
beo.Illud vero,qđ ad rem vehemẽter pertinet,quęro,q̃ pridem hoc nomẽ Fanni in aduerſa-
ria retuliſti?Erubeſcit:quid reſpondeat,neſcit:quid fingat extẽplo,nõ habet.Sunt duo mẽ-
ſes iam dices.tamẽ in codicẽ acceptũ, & expẽſum referri debuit.Amplius ſunt ſex mẽſes.cur
tandiu iacet hoc nomẽ in aduerſariis ? Quid ſi tandẽ amplius triennium eſt?quomodo,cum
omnes qui tabulas conficiant,menſtruas pene rõnes in tabulas transferãt,tu hoc nomẽ triẽ-
nium amplius in aduerſariis iacere pateris?Vtrum cętera noĩa in codicem accepti,& expẽſi
digeſta habes?an non?Si non,quomodo tabulas conficis?ſi etiam,quãobrem cum cętera no-